

17
56


22

Delos Remedios de Triana

# IVRIS ALLEGATIO PRO OMNIMODA SOCIETATIS IESV,

ac Regularium ab Ordinarij Hispalensis iurisdictione, libertate, & exemptione asserenda.



De la Comp.a de Jesus de Marchena

Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. *Isaiæ.* 11.

EN SEVILLA.
*Por Clemente Hidalgo.* 1605.



## STATVS CONTROVERSIAE.



D. DOCTOR Hieronymus de Leyva Canonicus,& Iudex,Officialis , & Vicarius Generalis Hiſpalēſis in Vulgus emiſit quędam Iuris,& facti fundamenta in favorem iuriſdictionis Ordinariæ adverſus Societatis I E S V, & Regularium exemptionem; Cùm enim in quadam civili cauſa domum probationis Societatis I E S V. in ius vocaſſet, illaque fori oppoſuiſſet exceptionem tamquam notoriam,& D.Licentiatum Petrum de VillaGomez Canonicum Doctoralem , & Iudicem Synodalem Hiſpalenſem aſſumpſiſſet Conſervatorem , & Iudicem Ordinarium, iuxta Pij V.& Gregorij XIII. literas,& is D.Doctoris Leyvę iuriſdictionem inhibuiſſet;ipſe ex oppoſito reſtitit, & per cenſuras Ordinarius adverſus Iudicē egit Apoſtolicum; qui vel Ordinarij veritus potentiam, vel offenſionem,aut alia motus cauſa, ut infra proprio loco dicemus, iuriſdictione ſe abdicavit.

Domus verò probationis controverſiam cū parte compoſuit,ut ſine iudice lis fuerit finita. Poſtea autem

idemmet D. Doctor Leyva in quadam causa civili adversus Religiosos Carmelitas, ab Ordinaria etiam iurisdictione exemptos processit; qui meritò privilegijs se tuentes, Cordubæ Conservatorem elegerunt, qui à prætensa iurisdictione cõpulit omnino desistere. Itaq; transactis septem mensibus adversus Societatem sua publicavit fundamenta, & inaudita parte, & indicta causa damnat eam, & omnes Regulares Ordinariæ in civilibus subijci inrisdictioni; & se rectè, & iuridicè adversus Conservatorem egisse contendit, varieq; Cõservatores, ac Regulares, & eorum exemptiones sugillat, & insectatur. Cogimur itaque Societatis IESV, & Regularium exemptionem, & libertatem ab Ordinarij subiectione asserere, & Conservatores, & Regulares defendere, contraria convellere fundamenta, & nullo subnixa iure ostendere. Neque vitio quispiam vertat, nos exemptionẽ multorum Pontificum authoritate fundatam, totius Catholici Orbis vsu, consensuque corroboratam tueri. Nam quemadmodum ille sibi licere existimavit pro Ordinaria scribere iurisdictione, & Regularium statum, & privilegia labefactare; ita non est causa, propter quam nobis non liceat ea propulsare, & profligare, ne fortè aliquibus, qui minús, quàm par est, de Regularium iudicant exemptionibus, D. Doctoris Leyvæ officiat authoritas. Cogimur inquam, pro veritate, & iustitia pugnare, magni illius Gregorij sequuti sententiam, quæ licèt aliò tenderet, in nostram Sanctus Thomas adducit, ait enim. *Plerumq; enim quieti, ac inconcussi relinquimur, si obviare aliquibus per iustitiam non curamus. Sed si ad æternæ vitæ desiderium animus exarsit, si iam verum lumen intrinsecus*

*respicit, si in se flammam sancti fervoris accendit, in quantum locus admittit, in quantum causa exigit, debemus pro defensione iustitiæ nos metipsos obijcere, & ad iniusta erumpẽtibus, etiam cùm ab eis non quærimur, obviare; nam cum iustitiam, quam nos amamus, in alijs feriunt; nos nihilominus sua persecutione confodiunt, etiam si venerari videantur.* Hæc ille * *Lib. 31. Moral. c. 14. S. Thom. opuscu. 19. cap. 15.*

Qua propter nostram, & Regularium tuemur exẽptionem, quam dum D. Doctor Leyva nititur cõvellere, magis ac magis confirmasse ostendemus, ut ipsomet Iudice (ut est iusti, rectíque amator) in causa Victores Regulares non dubitemus.

---

## *ALLEGATIONIS DIVISIO*

## QVÆ AVTEM HAC IVRIS continentur allegatione iam summatim perstringamus.



*NTE omnia Societatis IESV Privilegia curabimus præmittenda, ut ijs cognitis rem ipsam aggrediamur, quam in tres partes dividimus.*

*In Prima, Societatis IESV, & Regula-*

 *rium*

*rium exemptionem omnimodam ex Privilegijs; & Sacro Concilio Tridentino probamus; argumentisque pro contraria adductis sententia satis faciendum curamus.*

*In Secunda verò, nullam adversus huiusmodi exemptionem, neque renũtiationem, neque præscriptionem allegari posse demonstratur; & nonnulla alia diluuntur argumenta, quæ obijciuntur.*

*Hinc ad Tertiam, & ultimam partẽ gradum faciemus, in qua argumenta, quæ à parte adversa quoad causam, & ordinem iudiciarium attinguntur, & nonnullæ propositæ ab ea quæstiones dilucidè, & breviter explicantur, & regulares, & eorum exemptiones defenduntur.*

*Has autem partes, ut & molestiam levaremus, & faciliori deserviremus intelligentiæ, in capita distinguenda duximus.*

PRÆ-




# PRÆMITTUNTUR SOCIETATIS IESU PRIVILEGIA.

## PAULI. III.

## Bulla Anno M.D.XLIX.

PAULUS EPISCOPUS SERUUS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.



*LICET DEBITUM PASTOralis officij, omnibus regularem vitã ducentibus, ut in suis disciplinis, & laudabilibus institutis conserventur, & augeantur, nos reddat favorabiles, & benignos, ad Societatem vero de IESU, per nos institutam, & approbatam, cuius specimẽ, veluti ager fertilis in Domino, multiplices, atq; vberes fructus animarum, ad summi Regis laudem, & fidei incrementum attulit*

Societas agro fertili cōparatur.

Affectus Pontif. ad Societaté.

& affert quotidie verbo, & exemplo in populo Christiano, dirigentes præcipuè, velut pius pater, oculos mētis nostræ dignum censemus, vt ipsam Societatem, eiusq; in odorem suavitatis Altißimo deservientes personas specialibus favoribus prosequamur, illaq; sibi favorabiliter concedamus, per quæ Societas ipsa vtiliter regi, & prosperè dirigi, ac ad animarū auxilium fideliter in Domino procedere valeat. Hinc est, quòd nos dilectorum filiorum Ignatij de Loyola moderni Præpositi Generalis, & aliorum sociorum eiusdem ordinis, supplicationibus inclinati, sibi, 1 vt Præpositus Generalis dictæ Societatis, pro tempore existens, cum primum iuxta Constitutiones eiusdem Societatis, in illius Præpositum electus fuerit, eo ipso verus ipsius Religionis Generalis Propositus, cum libera, generali, & omnimoda cura, & administratione omnium, & singulorum, ad felix regimen, & prosperam directionem dictæ Societatis spectantium, & pertinentium sit, & esse censeatur, ac suum Præpositi officium, in omnibus exercere incipiat, ac plenam in universos eiusdem Societatis Socios, & personas, sub eius obedientia degentes, vbilibet commorantes etiam exemptos, etiam quascumque facultates habentes, suam iurisdictionem exerceat, &c. Et post alia.

1 Plena est administratio Præposito Generali.

13 Ipsamq; Societatē, & universos illius socios & personas, illorumq; bona quæcumq;, ab omni superioritate, iurisdictione, correctione quorumcumq; Ordinariorū eximimus, & liberamus, ac sub nostra, & præfatæ Sedis protectione suscipimus: 14 Liceatq; Præpositis, & de eorum etiam facultate, universis fratribus, & Socijs Societatis huiusmodi in presbyteratus ordine constitutis, in locis, in quibus degūt, & eos pro tempore morari contigerit, habere oratoria, &c. Et post alia.

13 Personæ, ac bona Societatis eximuntur.

14 Oratoria, & usus altaris portatilis.

18 Nec

18 *Nec ullis Prælatis, contra aliquem de prædicta Societate, vel contra alios eorum causa, aliquam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam, contra eiusdem Societatis Privilegia per nos concessa (quorum interpretationem nobis, & Apostolicæ Sedi reservamus) ferre liceat: & si tulerint, eo ipso irrita, nulliusq; roboris, vel momenti sit, & esse censeatur:* 19 *ac omnes, & singuli alij Christi fideles, cuiuscumq; conditionis existant, qui verbi Dei concionibus, seu prædicationibus Sociorum, seu fratrum Societatis huiusmodi, in Ecclesijs, vbi ipsi concionabuntur, interfuerint, diebus huiusmodi Missas, & alia divina officia audire, & Ecclesiastica Sacramenta ibidem recipere, liberè, & licitè valeant, nec ad id, ad proprias parrochiales Ecclesias accedere teneantur.* 20 *Et quia eiusdem Societatis, fratres, & Socios, de locis ad loca transferri contingit, propter quod stabilem, & continuam in certis, & determinatis Domibus mansionem, habere non possunt, & in ipsa Societate idoneos tantùm, & comprobatos, ad sacros Ordines promoveri intelleximus, eidem Præposito Generali,* &c. Et post alia.

18 Contra privilegia Pauli III. ferri nō possunt censuræ.

19 Qui cōcionibus intersunt, Missas audire, & sacramēta ibidē recipere possunt.

20 Nostros a quo libet Antistite in sacris promoveri posse.

*Ac præsentes litteras, & in eis contenta quæcumq;, ex quavis causa, de surreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari nullatenus posse:* 46 *ac sub quibusvis suspensionibus, derogationibus, limitationibus, & alijs quibusvis contrarijs dispositionibus, & gratiarum, ac indulgentiarum concessarum derogatorijs, seu revocatorijs, etiam per nos, & sedem eandem, pro tempore concessis, nullatenus comprehendi, sed semper, ab illis exceptas existere, ac suos plenarios effectus sortiri,* 47 *Et illarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Canonici Metropolitanæ, vel alterius*

46 Hæ litteræ non revocandæ.

47 Transumptis habeatur fides.

*Cathedralis Ecclesiæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eandem prorsus fidem, quæ adhiberetur eisdem originalibus literis, si forent exhibitæ, vel ostensæ, vbique in iudicio, & extra, adhiberi debere, & sic per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis etiã Apostolica authoritate fungentes, SVBLATA, eis, & eorũ cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & definiri debere: ac, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit atentari, irritum, & inane decernimus:*

48 Societas principib⁹, ac Prælatis commẽdatur.

*48 Ac dilectis in Christo filijs illustribus, & nobilibus viris, Principibus, ac Dominis temporalibus, & venerabilibus fratribus, Prælatis Ecclesiasticis in quavis dignitate constitutis prædictam Societatem, & singulos illius Socios plurimùm in Domino commendantes, non solum, ne eos inquietari, aut eorum privilegia violari permittant, sed vt benignè, & cum charitate, vt decet, suscipiant exhortamur, atque in Domino rogamus;*

49 Deputãtur Iudices cõservatores

*49 Et nihilominus vniversis, & singulis venerabilibus fratribus nostris, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, nec non Metropolitan. & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, ac eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum officialibus, & Vicarijs Generalibus vbilibet constitutis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, ac quilibet eorum, per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Sociorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisdemque Socijs, in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra eosdem Socios literis, & in eis contentis huiusmodi,*

*pacificè*

*pacificè gaudere: non permittentes eos, aut eorum aliquem ſuper præmiſsis, aut quibusvis alijs rebus, & cauſis per locorum ordinarios, aut quoſcumque alios, quomodolibet indebitè moleſtari, ſed eos contra quoſcumque, cuiuſcumque conditionis, vel qualitatis exiſtentes, & quavis, etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, vel Epiſcopali, aut mundana dignitate, ac exemptione fungentes, & munitos, in quibusvis cauſis, iuſtitiæ complementum miniſtrantes, id quod per eos ordinatum fuerit, ad executionem debitam perduci faciant, illosque quos cenſuras, vel pœnas prædictas incurriſſe conſtiterit, excommunicatos, ac interdictos declarent, ac faciant, & mandent publicè nunciari, ac ab omnibus arctius evitari, & legitimis ſuper his habitis, & habendis proceſsibus ſervatis, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravare procurent, contradictores authoritate noſtra (appellatione poſt poſita) compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis:*

50 *NON obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non privilegijs, indultis, & Litteris Apoſtolicis Sancti Benedicti, & Sancti Franciſci, ac mendicantium, & alijs ordinibus ſupradictis, illorumque Prælatis, & perſonis etiam ſuper non cõmunicandis gratijs ſibi conceſsis, & aliàs quomodolibet, per nos, & Sedem præfatam conceſsis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, etiam Mari magno, Bulla aurea, & aliàs quomodolibet nuncupatis, quibus illorum tenores præſentibus, pro ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisque contrarijs quibuſcumque.* 50 Non obſtã tibus.

*NVLLI*

*NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum, concessionum, statutorum, ordinationis, confirmationis, inhibitionum, exemptionis, liberationis, susceptionis, decretorum, voluntatum, elargitionis, relaxationis, exhortationis, rogationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Marcũ. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quigentesimo quadragesimo nono. XV. Kal. Novemb. Pontificatus nostri, Anno quintodecimo.*

*G. Grolleti, F. De Iafer pro magistris.*

## PIVS PAPA V.

# Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium Bullæ.

Testimoniũ Summ. Pôt. de Societatis utilitate.



*VM Indefessæ considerationis intuitu perscrutamur, quantam Christianæ Reipublicæ utilitatem attulerint Dilecti filij Presbyteri Societatis IESV, ac planè conspicimus eos verè mundi huius relictis illecebris, adeò Servatori suo se dedicasse, vt conculcatis thesauris, quos ærugo & tinea comedit, lumbisq; paupertate, & humilitate præcinctis, non contenti terrarum finibus, vsq; ad Orientales, & Occidentales Indias penetraverint, ac eorum aliquos ita*

Privilegia.

*Domini amor perstrinxerit, vt etiam proprij sanguinis prodigi, vt verbum Dei inibi efficacius plantarent, martyrio voluntario se supposuerint, perq; eorum spiritualia exercitia etiam Regna ipsa fidem Christi agnoverint, ac tam inibi quam vbiq; terrarum charitatis, & misericordiæ opera exercere studeant, facere nullo modo possumus, quin eos tanquam veros palmites in Christo per charitatem coniunctos, & benignè amplectamur, & ea sibi specialiter concedamus, quæ & paupertatis per eos emissæ voto, & eorum instituto, ac commoditati credimus profutura.* 1 *Hinc est quòd nos attendentes, quòd licet dilecti filij Præpositus Generalis, & Presbyteri Societatis huiusmodi, tum quia ipsa Societas mēdicans existit, quippe quæ ex eius instituto, & constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis, bona stabilia poßidere nequit, sed incertis eleemosynis, fideliumq; largitionibus, & subvētionibus vivit: tū quia non minus quàm cæteri Mēdicantes in excolenda vinea Dñi aßiduè laborant, fructusq; ingētes, & salutiferos producit, ac propterea eisdē privilegijs, indultis, et gratijs Fratribus Mēdicantibus hactenus cōcessis, uti, frui, potiri, et gaudere meritò poßint, ac debeant.* 2 *Cùm tamē illud aliquādo in controversiā deduci posset, ex eo quòd dicta Societas Collegia habeat secum adiuncta: Nos ambiguitatē huiusmodi omnino amputare volentes, eosdem Præpositum, & Societatem, eorumq; singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiastis sententijs, Cēsuris, et pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectū præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: nec non dictæ Societatis instituti, constitutionum, & dispositionum tam de iure, quàm ab homine provenientium, nec non privilegiorum, immunitatum,*

Martyres Societatis.

1 AEquum esse, gaudere Societa. aliorum ordinum gratijs.

2 Ordinem, & personas Societatis esse verè mendicantes.

*tatum, indulgentiarum, & gratiarum Mendicantibus Fratribus huiusmodi quomodolibet concessorum, ac literarum desuper confectarum tenores, præsentibus pro expressis habentes: Motu proprio, non ad ipsorum Præpositi Generalis, & Societatis, vel alicuius eorum, aut alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, & certa scientia nostris illam, & illius Præpositum, ac singulas personas Societatis huiusmodi, verè, & non fictè Mendicantes fuisse, esse, & fore, et inter aliorum Fratrum & Religiosorum Mendicantium Ordines, aliosque Fratres, & Religiosos Mendicantes, prout illos nos connumeramus, & connumerari debere, 3 ac omnes, & singulas tam iuris quàm hominum dispositiones, in favorem Religiosorum, seu Fratrum Mendicantium, nunc, & pro tempore emanatas, etiam in Societate, illiusq; Domibus, Collegijs, Præposito, & alijs Religiosis locum habere: 4 nec non omnia, & singula quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, etiam speciali nota digna privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, concessiones, indulta, indulgentias, peccatorum remissiones, & gratias tam spirituales, quàm temporales, literasque Apostolicas, etiam iustitiam, sive mixtim concernentia hactenus per nos, & quoscumque alios Romanos Pontifices, tam prædecessores, quàm successores nostros, & denique Sedem Apostolicam, et illius Legatos de latere, sive Nuncios, et quascumq; alias personas, quavis auctoritate fungentes etiam Motu, et sciētia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiā cōsistorialiter tā in genere, quàm in specie, & tam communiter, et coniunctim, quàm particulariter, et diuisim, et per modum extensionis seu cōmunicationis, et aliàs quomodolibet, quibusvis ordinibus Fratrum, et sororū mēdicantium quocumq; nomine nuncupētur, illorūq; Congre-*

3 Dispositiones in favorem Mendicātium, locū habere in Societ.

4 Gaudet Societas gratijs, cōmunitatibus a lijs cōcessis, & concedendis.

Priuilegia.

*Congregationibus, Conventibus, & Capitulis, ac utriusque sexus personis, ac illorum Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, Hospitalibus, & alijs pijs locis hactenus concessa, et in posterum concedenda: quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis, & insertis haberi volumus, eisdem Præposito, ac Societati, & omnibus illius personis, Domibus, ac Collegijs vbiq; terrarum sitis: ita quòd Societas, Domus, Collegia, Præpositus, & personæ huiusmodi omnibus, & singulis, exemptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, Indulgentijs, remissionibus, gratijs, & literis eisdem fratrum, et sororum Mēdicantium ordinibus, Congregationibus, Conventibus, Capitulis, personis, Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, Hospitalibus, et alijs pijs locis, vt præfertur concessis, & concedēdis, antea potuerint, et nunc, ac in futurum, dummodo instituto Societatis, et Præpositi, seu deputatarum personarum huiusmodi voluntati, et beneplacito non refragentur, possint, liberè, & licitè, vti, frui, potiri, et gaudere in omnibus, et per omnia, non solùm ad illorū instar, sed pariformiter, et æque principaliter, absq; vlla prorsus differētia, perinde ac si Societati, Præposito, personis, Domibus, et Collegijs prædictis nominatim, et specialiter, ac Generaliter concessa fuissent, Apostolica auctoritate tenore præsentium, perpetuò sancimus, volumus, et declaramus, ac pariter concedimus, indulgemus, et elargimur. 5 Decernētes præsentes literas nullo vnquam tēpore per nos, aut Sedē prædictam revocari, aut limitari, vel illis derogari posse, neq; sub vllis similium, vel dissimilium gratiarū revocationibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, nunc, et pro tēpore emanatis comprehēdi, sed semper ab illis excipi, et quoties revocari, alterari, limitari, vel derogari contingat,*

5 Designantur hæ literæ fore irrevocabiles.

contingat, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissa erant, statum restitutas, & de novo etiam sub posteriori data per pro tempore existentem Societatis huiusmodi Præpositum Generalem eligenda, concessas esse, & fore, ac ita, & non aliter per quoscumq; Iudices, tam ordinaria, quàm delegata, & mixta auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccesiæ Cardinales, etiam Sedis Apostolicæ Legatos de latere, & Nuncios, ac causarum Palatij Apostolici auditores, SVBLATA eis, & eorũ cuilibet quavis aliter iudicãdi facultate, vbiq; & in quavis instantia interpretari, censeri, iudicari, cognosci, & decidi debere. Irritum quoq;, & inane quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. 6 Quocirca venerabilibus, fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs, eorum Vicarijs in spiritualibus, aut Officialibus Generalibus, & curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, nec nõ Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac alijs, ad quos, id quomodolibet spectat, et spectabit per præsentes Motu simili mãdamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorũ per se, vel aliũ, seu alios præsentes literas, & in eis contẽta quæcũq;, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Præpositi, & personarum Societatis huiusmodi, vel alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistẽtes, faciant eos præmissis omnibus, & singulis pacificè frui, & gaudere. non permittentes eos desuper per quoscumq;, quomodolibet indebitè molestari: contradictores quoslibet, & rebelles per sentẽtias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescẽdo, legitimisq; super his habẽdis, servatis processibus, sentẽtias, censu-

6 Designantur Iudices.

Privilegia.

*censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliasque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis, servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. 7 Non obstantibus nostra, de non expediendis literis super indulgentiis ad instar, ac fælicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus diætis, dummodo ultra tres diætas quis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, & aliis Apostolicis constitutionibus, ac quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, quibusvis personis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, etiam Motu, & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, revocativis, modificativis, præservativis, exceptivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expressè, quòd illis nullatenus derogari possit, pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia forma ad hoc servanda foret, tenore huiusmodi præsentibus, pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, contrariis qui-*

7 Non obstātibus, &c.

*buscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.* 8 *Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & signo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Rom. apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, Die Septima Iulii M. D. LXXI. Pontificatus nostri Anno Sexto.*


8. Transumptis habeatur fides.

**P. Ruis.**

**Io. Beiel.**

# Bulla Gregorii XIII.

GREGORIVS EPISCOPVS servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.



*VANTO FRVCTVOSIVS IN colenda Domini vinea se exercet Veneranda IESV Societas, dignisque æterna mercede operariis abundare conatur, tanto propensiùs contendimus, eam, Religiosamq;*

*ſamque ſubinde, quam instituit prolem, vnde tota Reſpublica Christiana vbique ſublevatur, proſequi, & confovere, ſimulque omnia removere, quibus, & ſpiritualis ipſorum profectus retardari, & charitatis fervor, qui ab eiſdem in regeneratas pretioſo Domini noſtri* I E S V C H R I S T I *ſanguine animas ſe diffundit, alicubi frigeſcere, aut in lubricum deffluere poſſet. Cùm enim, ſicut iuxta dictæ Societatis Conſtitutiones, & laudabile institutum, à felicis recordationis* [a] *Paulo Tertio, &* [b] *Iulio etiam Tertio confirmatum, ac etiam à Paulo Quarto, Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris diligentiſsimè examinatum, & a Concilio* [c] *Tridentino commendatum: Societas ipſa, non ſolùm Profeſſis, & Novitiis ſicut, & reliqui Regulares Ordines, conſtet: ſed varii in eadem Societate Religioſarum perſonarum* [d] *gradus ſint, in quibus ſinguli, iuxta commiſsi cuique à magno Patrefamilias talenti menſuram, & Præpoſitorum ſuorum directionem, Altiſsimo famulantur: ſicut enim finis dictæ Societatis, fidei* [e] *propagatio, &* [f] *defenſio* [g], *animarumq; in vita, & doctrina Christiana progreſſus, ita etiam gratiæ eius vocationis proprium eſt diverſa loca ex Romani Pontificis ac Præpoſiti Generalis eiuſdem Societatis directione* [h] *peragrare, vitamque in quavis mundi parte agere, ubi laborioſam eorum operam, & induſtriam fructuoſam copioſiores ſalvandarum animarum proventus ad Dei æterni gloriam conſequi poſſe ſperantur.* &c. Et poſt alia.

*Quare ad ſubmovenda circunstantia huiuſmodi pericula, eamque in ſynceri vocatione ſua continendam, partes noſtras adhibendas decrevimus vt, præciſis huiuſmodi perturbationum cauſis, Religio ipſa, quæ in propagandam Re-*

Privilegia.

a Bullarũ pag 9 & 16
b Bul. 62.
c Seſſ. 25. c. 16.
d Examinis. c. 1. §. 8. 9. & 10. & Cõſtitutionum. par. 5 c. 1. §. 1. & lite. A. & c.
e Bul. 3.
f Bul. 53.
g Exa. c. 1. §. 2. & p. 4. in proœ. & p. 7. c. 1. §. 1
h P. 3. c. 2. lit. G. & p. 6. c. 3 §. 5.

Instituti, Privilegiorum, ac cōstitutionū confirmatio.

*ligio ipsa, quæ in propagandam Religionem Christianam, emendandosque in ea mores corde, animo, viribusque omnibus sine intermissione insistit, votivo munere perfruatur. Motu proprio, certaque scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, laudabile huiusmodi institutum, ac prædicta, cæteraque omnia dictæ Societatis privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta, tam à prædictis, quàm aliis prædecessoribus nostris, & etiam à nobis concessa: Constitutiones quoque, & statuta qualiacumque sint, ea omnia, ac si ad verbum præsentibus insererentur, pro expreßis habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium, approbamus, & confirmamus supplentes omnes iuris, & facti defectus, si qui intervenerint in prædictis Constitutionibus, & statutis: ac decernentes ex nunc irritum, & inane, quicquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXXXII. Kalendis Februarii.*

*Pontificatus nostri anno vndecimo.*

(?)

M. Datarius.

*Cæ. Glorierius.*

Bulla

 Privilegia

# Bulla Gregorii XIII.

GREGORIVS EPISCOPVS ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.



*SCENDENTE DOMINO, & Salvatore noſtro in naviculā; ecce motus magnus factus eſt in mari; ipſe autem à diſcipulis rogatus ventis imperavit, & facta eſt tranquillitas, quam nos in Petri navicula collocati, turbinibus excitatis ab eodem Domino aſsiduis precibus poſtulantes, noſtram interea operam, & laborem in frangendis procelloſis fluctibus impendere non deſiſtimus: cumque tanti laboris ſocios, et validos remiges divina nobis providentia præparaverit, eorum opera in ſuperandis ſævientis pelagi tempeſtatibus nos maxime ſublevat, qui pro communi fluctuantium animarum ſalute propria commoda nihil pendunt, ſeq. ad omnia diſcrimina exponunt. In quo, cum aliarum Religionum ſtudia, tū Societatis IESV aſsiduus pro CHRISTO labor, nec non vſq. ad finem perſeverantia promptam ſe oſtēdit, cumq; prolem Catholicæ Religioni valde proficuam, & ad omnia pericula pro univerſali Eccleſia ſubeunda paratam procreaverit, aliam, atq; aliam à prima non degenerem præſtante gratia Dei quotidie ſubſtituit, vt nobis eorum alumni per multiplices probationum gradus altius provecti, ſemper præſto ſint; quos in rebus arduis ſuſcipiendis fructuoſos ope-*

*rarios asciscamus, eos autem, ut firmiorem nobis opem ad prædicta navare possint, ab omni non modo iniuria, sed etiam calumnia studemus intactos conservare. Quod ut à nobis efficiatur, ipsius instituta tamquam fundamenta eius præsidii, quod Catholicæ Religioni impẽdunt, immota, atq; inconcussa aliorum etiam Romanorum Pontificum exemplo debemus Apostolica auctoritate tueri, quorum fel. rec. Paulus III. & Iulius etiam III. Constitutiones, & laudabile dictæ Societatis institutum confirmarunt, Paulusq; idem eam ipsam ab omni quorumq; ordinariorum iurisdictione exemit, quo instituto per Paulum IIII. examinato, & à Synodo Tridẽtina commendato, Pius V. item prædecessor noster Societatẽ ipsam, ordinem esse mẽdicantem, declaravit. Quæ omnia non immerito ab eis sunt concessa, ob egregias virtutes, & dona Societati antedictæ divinitus elargita, cuius præcipuus finis, Catholicæ est Religionis defensio, ac propagatio, animarumq; in christiana vita, & doctrina profectus. Gratiæ quoq; eius vocationis est proprium, diversa orbis terrarum loca ex Romani Pontificis, seu Præpositi Generalis eiusdem Societatis directione peragrare, vitamq; in quavis mundi parte agere, vbi salvandarum sua opera animarum copiosior provẽtus ad Dei gloriam speretur,* &c. Et post alia.

Societatis cõfirmationes aliæ.

Exemptio Societatis.

Societas mendicãs declarata.

Finis.

*Nos universalis Ecclesiæ utilitati, quam ex inviolato, & inconcusso dictæ Societatis instituto, et Religiosæ sobolis educatione sentimus, & maiorem in dies speramus, prospiciẽtes, & præterea eiusdem Societatis indemnitati, paci, quieti, & incremẽto consulere volentes, Motu simili, & ex certa sciẽtia nostra, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine laudabile ipsius Societatis institutum, & quæ illud concernunt, præmissa omnia, & singula, prædictaq; illius ac quæcumq. alia privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & in-*

Nova instituti ac præmissorum omniũ Cõstitutionũq; & Privi-

& indulta, à prædictis prædecessoribus nostris, & à nobis etiam per communicationem concessa, Constitutiones quoq; ac statuta, & decreta qualiacumq. ac si ad verbum præsentibus insererētur, pro expressis habentes, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, supplentes omnes Iuris, & facti defectus, si qui intervenerint in prædictis Constitutionibus, & statutis; Ad hæc, dictam Societatem firmo Sedis huius præsidio communire volētes, hac nostra perpetua Constitutione, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus statuimus, atque decernimus, tria vota huiusmodi, etsi simplicia, ex huius Sedis institutione, ac nostra etiam declaratione, & confirmatione, esse vere substantialia Religionis vota, ac in dicta Societate, tamquam in Religione approbata, per sedē eandem admissa fuisse, & esse, ac per nos admitti, nec in illis à quoquam præter nos, & Sedem huiusmodi dispensari, nec ex ullo alio modo, quam per legitimam dimissionem à Societate, cessare posse, & non modo eos, qui in coadiutorū formatorum, sive Spiritualium, sive temporalium gradus, & ministeria, vt præfertur, admittuntur, sed & Scholares ipsos, ac supradictos alios omnes, & quoscumq. qui in ipsam Societatem admissi, biennio probationis à quolibet eorum peracto, tria vota substantialia prædicta, tametsi simplicia emiserint, aut emittent in futurum, vere, & propriè Religiosos fuisse, & esse, ac fore, & vbique semper, & ab omnibus cēseri, & nominari debere, non secus, atq; ipsos tum Societatis, tum quorumvis aliorum Regulariū Ordinum Professos, suisq; Præpositis in omnibus, & per omnia obedire, & huic sedi immediate subiectos, & à quorumvis ordinariorum, & delegatorum, seu aliorum iudicum iurisdictione omnino exēptos, pro vt nos etiam vigore præsentiū eximimus, deniq; vt omniū Societatis privilegiorum

A 4 iuxta

Privilegiorum Societatis Cōfirmatio.

Huiusmodi tria vota, etsi Simplicia verè tamē sunt Religionis substantialia vota.

Huiusmodi vota, etsi simplicia emittentes verè, & propriè sūt religiosi.

Nova exēptio.

*iuxta Generalis Præpositi dispositionem sunt participes, ita quoq; excommunicationis maioris latæ sententiæ, & aliis Apostatarum pœnis, si qui à Societate deficiant subiacere, ac tanquam veros Apostatas puniri posse, nec à quoquam, nisi per nos, & sedem prædictam, aut Generalem Præpositum ab eisdem pœnis absolvi,* &c. Et post alia.

Pœnæ apostatarũ innovantur.

Earundẽ pœnarũ absolutio denuo reservatur.

*Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, suppletionis, decretorum, statuti, præcepti, interdicti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.*

*Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1584. octavo Kal. Iunii Anno Pontificatus nostri tertiodecimo.*

(?)

M. Card. S. Stephani.

*Cæsar Glorierius.*

A. de Alexiis.

*Registrata apud Cæsarem Secretarium.*

Bulla

# GREGORIVS PAPA XIII.

## Ad futuram rei memoriam.



*ATIS SVPERQVE DILECTOS filios Societatis IESV alumnos suscepti, iuxta maiorum suorum instituta pro animarum salute, & Christi Domini nostri nomine, & orthodoxa fide propagādis, labores defatigant, quibus sublevandi eßent, nedum ad alia opera officiis eorum interruptis distrahendi. Quod ne accideret, nevè Obedientiæ perfectio, quam subditi suis Præpositis præstare debent quicquā imminueretur, nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri, dictam Societatem à primæva eius erectione, illiusq; personas, & bona quæcumq; à quorumvis ordinariorum visitatione, iurisdictione, correctione, & superioritate exemerunt, & sub Sedis Apostolicæ protectione susceperunt, ut illa Romano Pontifici pro tempore existenti immediate subiecta esse noscatur. Quare nos præcipua erga eam animi nostri propensione dictam exemptionem illi confirmamus, &c. Datum Rom. apud sanctum Marcum sub anulo Piscatoris die X. Septembris 1584. Pontificatus nostri Anno tertiodecimo.*

*Cæsar Glorierius.*

Societatis operarii non distrahendi.

Obedientiæ perfectio non imminuēda.

Romani Pontifices Societatē exemerunt.

Cōfirmatio exēptionis, ac nova concessio.

# Bulla Gregorii XIIII.

GREGORIVS EPISCOPVS ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

E CCLESIAE CATHOLICAE, *cui Deo auctore præſumus, decor atq; utilitas poſtulat, ut cum in omnibus illius membris fovendis, & ornandis aſsiduè nobis laborandum ſit, in illa tamē præcipuam vigilantiæ noſtræ partem impēdere debeamus, quæ nō modo ipſa per ſe robur, ac pulchritudinē corpori huic myſtico afferunt, ſed cæteras etiam eiuſdem partes, vel diſruptas conſolidare, vel integras custodire, vel fœdatas eluere, atque etiam ornare valeant. Inter hæc autē, quem locum obtineant Religioſi Ordines, præſertim vero, qui proximorum utilitati deſerviunt, non obſcure perſpicimus, cum & ſuperiora tempora, & præſentia diligenter attendimus. In his vero Societas IESV, quam noviſsimè hiſce diebus Divina Providētia excitavit adeò ſtrenuè laboravit,* &c. Et poſt alia.

*Omni nobis ſtudio curandum duximus, eiuſmodi novitatibus, ac temerariis impugnantium præſumptionibus omnē aditum præcludere; ac Societatis indemnitati proſpicere, ut hac ratione Societas ipſa; noſtræ, & Apoſtolicæ Sedis præſidio munita, atq; in ſui inſtituti puritate, & regularis diſciplinæ integritate, quiete, ac pace conſervata uberiores in dies fructus*

Privilegia.

*fructus in agro Domini, pergat, ipso Domino adiuvante alacriter, & absq; impedimento proferre, &c. Motu igitur proprio, & ex certa scientia nostra, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine laudabile ipsius societatis institutum, constitutionesq; omnes, ac statuta, & decrecta, et quæ illud concernunt præmissa omnia, & singula, prædictaq; ac quæcumq; alia privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta à prædictis, seu etiam ab aliis prædecessoribus nostris, etiã per cõmunicationem concessa qualiacumq; illa, ac si ad verbum præsentibus insererẽtur, pro expressis habentes tenore præsentium approbamus, & confirmamus, supplentes omnes iuris, ac facti defectus, si qui intervenerunt in eisdem,* &c. Et post alia.

*Pœnas deniq; omnes in Gregor. XIII. prædecessoris prædicti constitutione (Ascendẽte Dño) contentas, & constitutionẽ eandẽ cum omnibus, & singulis in ea contẽtis, ac si ea omnia præsentibus insererentur, per præsentes approbamus, & innovamus. Decernentes præmissa omnia, et singula, nec non præsentes, ac in eis contẽta quæcumq; nullo vnquam tẽpore, etiam ex eo quod interesse forsan habentes ad id vocati non fuerint, vel alio quocumq; prætextu, et ex quavis causa quantumvis urgenti, legitima, et rationabili, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, annullari, revocari, ad viam iuris reduci, in dubium, vel controversam revocari, aut adversus illa quodcumq; iuris, facti, vel gratiæ remediũ impetrari posse vel debere, &c. Dat. Ro. apud S. Petrum anno Incarnat. D. M. D. XC. I. quarto Calendas Iulii. Pontificatus nostri anno. I.*

Bulla

# Bulla Sixti IIII.

## In favorem Ordinis Prædicatorum.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.



*EGIMINI VNIVERSALIS Ecclesiæ, meritis licet insufficientibus disponente Domino præsidentes, curis perurgemur assiduis, vt iuxta creditæ nobis desuper dispensationis officium, quieti subditorum quorumlibet, præsertim sub Religionis Prædicatorum habitu, studio vacantium piæ vitæ, in quorum utiq; prosperitate reficimur iugi, quantum nobis ex alto conceditur, solicitudinis studio intendamus,* &c. Et post alia.

*Et ne prætextu constitutionis Innoc. IIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: (Volentes) locorum Diœcessani, & alii Ordinarii, ac alii quicumq; in personas, & loca Fratrum Prædicatorum contra eiusdem Gregorii prædecessoris Ordinationem, sibi quamcumq; iurisdictionem, & superioritatem vendicare præsumant, districtius inhibemus, ne quispiam absq; dictæ Sedis speciali commissione, & auctoritate, in personas, domos, & loca dicti Ordinis Prædicatorum, utpote prorsus exempta,*

*exempta, aliquas excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias specialiter, vel generaliter quomolibet promulgare, aut in personas, domos, & loca huiusmodi, aliquam praeminentiam, superioritatem, & iurisdictionem, quomodolibet exercere praesumant, etiam ratione contractus, vel Delicti, seu rei, de qua contra ipsos ageretur, ubicumque iniatur contractus, commitatur delictum, & res ipsa consistat. Decernimus quoq; ex nunc, quaslibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, & quoscumq; processus, quasvis poenas, & sentẽtias generales, vel speciales continentes, quos vel quas promulgari vel haberi, & omnia quae contra Fratres, domos, & loca dicti Ordinis, quomodolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptione, ut pote notoria, non aliter allegata, nullius roboris, vel momenti esse, & pro infectis haberi debere, &c. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Dat. Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae M. CCCCLXXX. IIII. Pontifi. nostri Anno Quarto.*



PRIMA

# PRIMA ALLEGATIONIS PARS IN QVA

## Societatis IESV, & Regularium omnimoda exemptio probatur, argumentisque pro contraria adductis sententia satisfieri curatur.

### *Primum, & præcipuum sententiæ contrariæ argumentum proponitur.*

### Cap. I.

1 

T NOSTRA ALLEGATIO, quam IESV auspice, & ad maiorem eius gloriam aggredimur, fiat magis perspicua, necessarium duximus Domini Doctoris Hieronymi de Leyva initium Fundamētorum præmittere, & eius primum & præcipuum argumentum adducere, quo contendit Societatem IESV, & omnes Regulares in causis civilibus coram Ordinario Hispalensi, conveniri debere. Ita enim, quæ dicemus magis patebunt. Sic igitur se habet fundamentorum initium, & argumentum.

*Iuris*

## IVRIS ET FACTI FVNdamenta, quibus in quodam Articulo declinatorio, favore Ordinariæ iurisdictionis censui procendendum.



*ITE QVADAM CIVILI mota coram me adversus D.D. huius civitatis Societatis IESV Religiosos; ipsi Ordinariam iurisdictionem declinantes sibi vigore literarum infrascriptarum elegerunt Cõservatorem D. Petrum de VillaGomez huius almæ Ecclesiæ Canonicum Doctoralem. Qui suas contra me decrevit literas inhibitorias præcipiendo, ut intra trium dierum spatium me à dicta causa inhibens ad eum eam remitterem, vel rationẽ coram eo redderem, quare præmissa fieri non deberent, sub censuris absque alia citatione fulminandis. Quarum intimatione mihi facta, interposita ad cautelam prius coram eo censurarum, & mandati appellatione, alias adversas contra eum decrevi; quibus ipsi sub excommunicationis pœna trina canonica monitione præmissa ipso facto incurrenda præcepi, ut intra breviorem terminum dictas suas literas revocaret, & causam ad me, ut Ordinarium remitteret. Quibus ipse intimatis statim se à dicta causa inhibens eandem ad me remisit.* Inserit literarum tenorem, & literas Societatis IESV conservatorias, quas propterea nos in hâc allegatione omisimus. Mox addit.

*Et*

*Et quamvis pro expeditione dicti articuli pauciora adduci sufficiebant, rem tamen plenius tractare volui pro satisfactione Regularibus reddenda, qui sæpe de me conqueruntur, eo quod spretis (ut ipsi dicunt) eorum privilegiis Ordinariam iurisdictionem in civilibus in eos exerceam.*

3

4 *Primum igitur nostrum iuris fundamentum est, quod licet Regularium privilegia eos plenè ab Ordinaria iurisdictione exemerint, Innocentius IIII. sua constitutione in generali Concilio Lugdunensi edita, quæ subtitulo de privileg. cap. 1. libr. 6. extat, dicta privilegia limitanda, & restringenda, ita ut non comprehendant contractus initos, & rem litigiosam sitam extra locum exemptum definivit.*

5 *Et licet dictæ Innocen. constitutioni in omnibus Regularium privilegiis derogatum directè, vel per communicationem reperiatur, Tridenti. Concilium in cap. 14. sess. 7. de reforma. eandem innovavit, & servari præcepit non obstātibus dictis privilegiis, & eiusdem Innocentianæ constitutionis derogatione in eis contenta.* Inferit Concilii, & Innocentii constitutionis verba, quæ nos infra. c. 3. afferemus. Postea subiicit.


6 *Huius Innoc. constitutionis dispositio clara est, & clarū est etiā servari Conciliū præcipere, & clarū est similiter per dictam Concilii privilegiorum derogationem, & non obstantiam privilegio Regularibus, & ipsi Societati concesso, quo eisdem indulgetur, ut plena gaudeant exemptione, non obstante dicta Innocentii constitutione derogari, & per consequens clarum erit dicta privilegia, & exemptiones dictæ constitutioni, & eius limitationibus subiacere.*

7 Hoc primum, & præcipuum est suæ sententiæ argumentum. In quo illud fatetur, ante sacrum Concilium Tridentinū Regulares ex privilegiis in omnibus casibus

casibus ab ordinariorum iurisdictione omnino liberos, & exemptos fuisse, non obstante Innocentii IIII. Constitutione, quod & nos admittimus, & latè sequēti capite probamus. Sed addit post Concilium Tridentinum cum Innocentii IIII. constitutionem innovaverit, & servari præceperit, in tribus casibus in ea contentis, Regulares coram locorum Ordinariis conveniri debere, nō obstantibus eorū privilegiis. Quod quidem nos nullo modo admittimus, & potius contrarium asserimus, nimirum, Regulares omnino ab Ordinariorum iurisdictione exemptos ita, ut in nullo ex tribus casibus coram Ordinariis conveniri possint, ut pote ad quos illa constitutio non pertineat, neque innovatio, eorum causa, fuerit facta à Sacro Concilio, neque illud eorum antiquaverit privilegia, sed conservaverit, quod sequentibus probatur argumentis.

*Ex Privilegiis initio adductis, Societatis, & Regularium omnimoda exemptio asseritur variæque exemptionum differentiæ proponuntur.*

## Cap. II.



1 PRINCIPIO IGITVR, ut à Privilegiis ipsis ordiamur, asserimus & affirmamus ex eis liquido, & manifestò cōstare Societatē IESV, ac Mēdicantes, & Regulares omnes, qui eorū privilegia participāt, ut sunt fere vniversi Religiosi, tan ante Cōcilium Tridentinū, quàm post illud ab omni Ordi-

nariorum iuriſdictione exemptos, ac liberos eſſe, nec poſſe corã illis cõveniri etiã ratione delicti, vel cõtractus rei ſitæ, quod extra locũ exemptũ deliquerint, vel contraxerint, vel res, qua de agitur ſit conſtituta. Et quod pertinet ad Societatem cum nõ ſolum in primis ſuæ fundationis initiis, ſed ſemper ſub Sanctæ Sedis Apoſtolicæ militet obediẽtia, à Sãctiſsimo Paulo III. ſub eiuſdẽ Sedis protectione ſuſcipitur, & plena iuriſdictio Præpoſito Generali, cũ libera, Generali, & omnimoda adminiſtratione, & cura in univerſam Societatẽ & cũctos Socios, & Societatis perſonas ad fęlix Societatis regimen, & proſperã directionẽ tribuitur, & cõceditur. Deinde ab omni ſuperioritate, iuriſdictione, correctione quorumcumq; Ordinariorum, perſonæ, & bona eximuntur; Denique omnibus Prælatis prohibetur contra aliquem de Societate, vel contra alios eorum cauſa aliquam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſentẽtiam ferre; quod ſi tulerint nullæ, & irritæ declarantur.

3 Pius vero V. ſeptimo anno poſt Sacrum Conciliũ Tridentinũ publicatum, id eſt, M.D.LXXI. Societatẽ Ieſu verè, & propriè unã ex Mendicantibus eſſe, & ut Mendicantem omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, tam temporalibus, quàm ſpiritualibus, etiam ſpeciali nota dignis, conceſſis, & concedendis, uti, gaudere, & frui, cum clauſula notatu digna, Motu proprio, & ex certa ſciẽtia, nec nõ illa. *Quorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, pro inſertis, & expreſsis haberi voluit*, & illa; *Non ſolum ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & æquè principaliter abſque ulla prorſus differentia.*

Quæ

Quæ quidem clausulæ firmissimè, & absque ullo dubio singula privilegia, & aliarum Religionū amplissimæ exemptiones, ac si expressè, & specificè hic descriptæ fuissent, exprimuntur, comprehenduntur, & continentur, ut Romani Pontificis verba apertè declarant, ut nullus ambigendi detur locus, ut optimè Anto. de Butrio consil. 2. in id ab omnibus citato, præsertim à Caputaquensi. decisione. 204. 1. par. Flaminio Parisio alios referente de Confidentiis quæst. 7. à num. 105. & sæpissimè à sacra Rota id consilium canonizatum affirmat deciss. 161. tom. 2. Deciss. Rotæ Rom. diversorū; & id contra communē Rotā sequutum testatur Cassadorus decisio. 10. super reg. Cancellar. Tenet Felinus in c. Nonnulli numer. 6. de rescript. Navar. plures referēs in c. Si quando except. 1. n. 1. eodē titulo de rescript. D. Covarru. dicens magis commune in Rubr. de testamentis 2. par. num. 19. versicul. Rursus erunt optimè. Craveta consilio. 126. nu. 7. Menochius consilio. 160. numer. 45. vol. 2. Marchesanus de commissionibus. 2. part. de Appellatio. commissione, c. 4. nume. 51. Anastasius Germonius de Indultis Cardinal. §. Ac irritum. nu. 1. alios sciens omitto. Illudque obiter adverto, quod si qua difficultas aliquando fuit in clausula, *Quorum tenores*, ne ita ample reciperetur, pertinuit potiùs quando ageretur de aliorum privilegiorum derogatione, quæ cùm in aliorum tenderet præiudicium, videbatur limitanda. At verò, cum de concedendis ad aliorum formā, & amplam comprehensionem, non ita; sed in omnibus iam proculdubio obtinuit, quod tradidimus, ut omnes relati asseverant, illam clausulam operari, ac 5

 si de

ſi de verbo ad verbum privilegia fuiſſent literis inſerta.

4 Gregorius XIII. iteratis vicibus privilegia, exemptiones, & immunitates Societatis IESV confirmavit, approbavit, & de novo conceſſit, veluti ex literis principio adductis conſtat, ſed illa verba notatu digniſsima ſunt; quæ in literis, Aſcendente, dicũtur. *Et huic Sedi immediate ſubiectos, & à quorumvis ordinariorum, & delegatorum, ſeu aliorum iudicum iuriſdictione omnino exẽptos, prout nos etiam vigore præſentium eximimus.* & in aliis incipientibus. Satis. *Dictam Societatẽ à prime va eius erectione, illiusque perſonas, & bona quæcumque à quorumvis ordinariorum viſitatione, iuriſdictione, correctione, & ſuperioritate exemerunt; ut illa Romano Pontifici pro tempore exiſtenti immediate ſubiecta eſſe noſcatur. Quare nos præcipua erga eam animi noſtri propenſione dictam exemptionem illi confirmamus, &c.* Idem præſtitit Gregorius XIIII. Motu proprio, de certa ſcientia, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, etiam per cõmunicationem conceſſa, qualiacumque illa, ac ſi de verbo ad verbum ſuis literis inſererentur pro expreſſis habentes, approbavit, & confirmavit, ſupplens omnes iuris, ac facti defectus. Quarum clauſularum vim, poteſtatem, & virtutem ut omnibus notam, & ab adverſa parte in dubium non revocatam; libenter omittimus, ne intempeſtivè de his diſſeramus.

5 Ex his ſatis liquet, ad Societatem pertinere, etiam poſt S. Conciliũ Tridentin. Sixti IIII. privilegium ſupra adductum in Prædicatorum favorem conceſſum, ubi ab omni ordinariorũ eximuntur iuriſdictione, quã

exercere

exercere minimè possint, nec ratione contractus, vel delicti, seu rei, ubicumque ineatur contractus, committatur delictum, vel res ipsa consistat, cum expressa derogatione Constitutionis Innocẽtii IIII. in c. Volentes de privilegiis in.6. cuius privilegii meminit, ac se vidisse testatur S. Antoninus. 3. part. summæ tit. 16. cap. 9. §. 1. Eius verba adducit Summa Tabiena verbo exemptus nu. 1. Armilla eodem verbo in principio, meminit Sorbus in compendio privileg. verbo convenire in iudicio num. 4. Affert plenum, & integrum Ioannes Baptista Confettius in Privilegiorum Sacrorum Ordinum Collectione Bulla. 1. Sixti IIII. fol. 54. Vnde transcribendum curavimus. Clemens IIII. similem concessit exemptionem cum eadẽ derogatione fratribus Minoribus, ut Sorbus refert. d. compẽd. verbo exemptio, nu. 8. de Minimorum Ordine, Navarrus in. c. non dicatis. 12. quæst. 1. commentario. 2. de regular. num. 63. aliorum refert Emanuel Rodriguez tomo. 2. qq. regul. quæst. 2. articul 8. & ipsemet D. Doctor Leyva se vidisse attestatur fol. 17. Qui necessario concedere debet, ea omnino privilegia, & exemptiones ad Societatem pertinere, & illi cõcessa, & attributa esse, per Pii V. Societati IESV literas cõcessas. 6

Vbi ergo privilegiorum verba sunt manifesta, nulla indigent inductione, vel probatione, sed illa omnino inviolabiliter observanda sunt. c. porro de privilegiis. *Quod totum* (inquit Romanus Pontifex) *ex inspectione privilegiorum plenius advertere potes, & secundum, quæ inveneris, ita observes. Sic enim vos volumus privilegiorum suorum servare tenorem, quod eorum metas* 7

*transgredi minimè videantur*. Propter quod quidē maximè expedit verba perpendi privilegiorum, ut rectè notavit Decius consi.193.nu.1. Frāciscus Becius cōsi. 36.nu.5. Menochius consilio.41. nu.2. lib.1. qui alios asserūt. Nos ne re aperta hęreamus, omittimus. Quod vel semel annotasse est necessarium.

8 Cùm enim exemptionum origo antiquissima sit, quippe quam, S. Gregorius ante mille annos Monachis concessit, illis verbis, quæ in.c. Luminoso.18.q.2. habentur. *Nec audeat ibi cathedram collocare Episcopus, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquā ordinationem, quamvis levissimam, faciendi, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus; quatenus Monachi semper maneant in Abbatum suorum potestate, vt remotis vexationibus, ac cunctis gravaminibus Divinum opus cum summa devotione animi perficiant*. Habentur licet paulo diversa in Regesto lib.4. Epistola.43.tom,2. decretalium Summorum Pontifi. Eximendi rationes nos infra 3.par. c.9. commodiori loco tractabimus, illud interim in præ-

9 sentiarum annotando, non omnes exemptiones fuisse semper æquales, sed diversas pro temporum varietate, & prout occasio, & rerum, & personarum postulabat necessitas; tum etiam non fuisse solùm regularibus concessas, sed etiā clericis secularibus; & aliæ quidem singularibus personis, aliæ certo personarum generi, sive cōmunitati, aliæ non personis, sed locis; aliæ & locis, & personis præbentur, quibusdam, ut tantū coram certo iudice convenirentur, datur. Propter quā varietatē Alexander Tertius optimè cavit, Privilegiorū tenorē attendi oportere, in.d.c. Porro.&.c. Recepimus de privilegiis. Idque maximè declarat.c.

Ne

Ne aliqui, de privileg.in.6.ubi aliquæ privilegiorum differentiæ referuntur illis verbis. *Nec non, & Religioſis quibuſcumque, non perſonarum tantum, ſed ordinum privilegiatorum, vel locorum ratione.*

Ex quibus triplex exẽptionum colligitur differẽtia. Prima cũ quis ratione perſonæ eximitur nullo habito reſpectu ad locũ vel Religionẽ. Secunda cũ cõceditur exemptio Eccleſiis & Monaſteriis, & eorum ratione perſonis competebat. Tertia exẽptio eſt ratione Religionis, & Ordinis, ita ut primo, & perſe univerſo Ordini & Religioni in cõmuni inde autem derivatur in perſonas regulares, in Monaſteria, & eorum loca, & in eorum quæcumque bona propria: ſicuti illa, quæ toti Clericorum ordini à poſtetate ſeculari fuit conceſſa. Prima ſingularibus indulgetur; ut qui honorariis titulis Protonotariatus, Acolythatus, Comitis Palatini, & aliis decorantur, de quibus in Trident. ſeſsio. 24.cap.11.de refor.& capellanis & familiaribus Papę. Sylveſter verbo exemptio num.4. Secunda vero frequens admodum fuit in Monaſteriis & Eccleſiis. Cõſtat enim olim Monachos, cum vitæ contemplativæ dediti eſſent, ſemper in eodẽ Monaſterio, in quo recipiebantur, & profeſsionem emittebant, manſiſſe, ab eoque exire vel ad aliud tranſire, niſi certis, iisq; gravibus cauſis, non licuiſſe, ut ex ſancto Baſilio conſtat conſtit. monaſ.cap.8. aliàs.9. &.cap.19. aliàs.20. Vnde & nomina monachis impoſita non ab ordinis fundatore, ut hodie fieri conſuevit, ſed à Monaſteriis deſumpta. Hinc Caſsinenſes, Sublacenſes, Cluniacenſes, Vallis Vmbroſæ, Camaldulenſes, Ciſterſienſes, Carthuſientes, & alia huiuſmodi, quæ à moneſteriis, & illa 10 11

[illegible] á locis,

à locis, ubi ædificata, nomina mutuarunt. Hinc S. Ildefonsus primum Abbas Agaliensis, & mox Archiepiscopus Toletanus; Hinc S. Martinus Dumiensis, Et apud S. Eulogium frequẽs mentio, Monachorum Tabanensium, & Pinnemellariensium, & Cuteclarensiũ & aliorum, qui quidem varias regulas amplexi in suo quique Monasterio vitam degebant monasticam.

12 Singula itaque Monasteria ab aliis distincta Diœcesano Episcopo subiecta erant, neq; interse unum corpus, quod uni subesset capiti, efficiebant, ut colligitur ex. c. 1. & c. Si quis & c. Abbas. & c. Abbates. 18. q. 2.

13 Vnde & ortum habuit. c. in singulis, &. c. ea quæ. de statu Monach. Vbi Innocentius III. præcipit singulis Trienniis capitulum cogi provinciale ex totius Regni, siue provinciæ Abbatibus; & tamen superiorũ privationes propriis remittebãtur episcopis, ut pote quibus lege iurisdictionis subiiciebantur singula Monasteria in diœcesi constituta, etiam si alteri unirentur.

14 c. 2. de Religiosis domibus. Itaque Monasteria nullam interse communitatem universalem faciebant, ut annotavit optime Navarrus in. c. Statuimus. 19. quæst. 3. commentario. 4. de regular. num. 22. A lege autem

15 diœcesana iure communi monasteria erant exempta. c. 1. 10. quæst. 1. c. inter cætera. 10. quæst. 3. c. quàm sit. 18. quæstione. 2. l. 2. titul. 12. pag. 1. glossa. in. c. dilectus verbo de lege, de offi. ordinarii. ubi communiter Doctores.

16 Adeo autem hæc Monasteriorum divisio vigebat, ut qui ex uno ad aliud transiret Monasterium, in eo novam emittebat professionem, veluti hodie fieri consuevit, ubi Regularis ad alium diversum transit

ordinem; tex. optimus in.c.præterea, Ibi, *Et in utraq; Ecclesia regulariter professus*, de præbendis. c.Abbate. de verborum significat. &c. *Et cùm quadam vice Guarinũ Alciaten. monachũ elegissent, electio robur habere nõ potuit, donec apud Monasterium S.Bertini professione facta*, docèt Abbas, & Decius.n.2.in.d.c.preterea & Abbas. in d.c.Abbate. notabili.4. Hinc etiã prohibitũ, ne officia, & alia unius monasterii, monachis alterius monasterii committantur. c. cum singula.§. prohibemus.de præbendis. in.6. *Cum illis*, inquit, *non liceat habere locum in diversis monasteriis, quorum unum ab alio non dependet, nec aliorũ monasteriorũ (nisi canonicè transferantur ad ipsa) prioratus, Ecclesias administrationes, vel officia gubernare.* 17

Hinc nulli Abbati permissum, ut ex uno ad aliud monasterium monachos transferret, ut Navar.sup. notat. Ex huius distinctionis ignoratione multa tradũtur ad unam Religionẽ pertinere, quæ proculdubio ab ipsa alienissima erant, nos omittimus ne instituti nostri rationem deseramus. 18

Hinc (quod totius nostræ disputationis caput est.) Sigillatim frequenter privilegia à monasteriis singulis à Sede Apostolica impetrabantur, & eis concedebantur, ut à lege iurisdictionis, vel in toto, vel in parte ab Episcopis eximerentur, cum à lege diœcesana iure communi, ut dixi, essent exempta, id videre licet in antiquis Monachorum privilegiis, & in compẽdio eorum. F. Hieronymi Sorbi, cum de eis agit, semper meminit monasterii, cui fuit indultum, vide præcipue verbo cõmunicatio in fi. Constat in.c.quoniam. de privilegiis, ibi. *Privilegio, quod monasterio est indultũ*, & ibi. *In ipso monasterio permanentibus*, & in.d.c.Abba- 19

te.de verbo.ſignifi.infi.optimus text. in.c. privilegiũ de verborum ſignifi. in.6. Cuius verba ſingularia, & omni notatione digna libet referre. *Privilegium monaſterio tuo conceſſum. ut monachi, ſive fratres in cellis ad monaſterium ipſum ſpectantibus habitantes ab alio, quam à Papa, vel eius legato excommunicari, aut ſuſpendi, vel ipſæ cellæ interdicto ſupponi non poſsint; Non fratres in prioratibus, Eccleſiis, ſeu Capellis eiuſdem monaſterii commorantes aut ipſos prioratus, Eccleſias. Vel capellas, ab ordinariorum iuriſdictione in aliquo, ſed reſidentes tantum in cellis, & cellas ipſas (hoc eſt, loca ſecreta, & ſolitaria, quæ ab hominum ſeparata convictu ſunt ad contemplandum, & Deo vacandum ſpecialiter deputata) defendat.* Quæ mirè agunt de privilegio loco conceſſo, & formam, qua Eccleſiæ eximebantur, tradit Innocentius IIII. in.c. inter dilectos num.6. de fide inſtrumentorum, his verbis; *Quando in privilegiis dicitur, Eximimus Eccleſias veſtras, quæ per vos ſumpſerunt regulam beati Auguſtini.* Quæ planè indicat Eccleſiam reſpicere, & non perſonas. Sed & licet à monaſterio impetrarentur, perſonarum etiam intuitu Religioſis ipſis, ne excommunicari, ſuſpendi, interdici penitus cõcedebatur.c.1.§.in eos, de privileg.in.6. ex quo ſi perpendatur ſupra adducta confirmãtur, & verba & textus elucidãtur. Ibi enim non ſui ordinis, ſed monaſteriorũ Monachi dicũtur; & in duobus monaſteriis Monachũ locũ habere poſſe negatur; & alia quæ minimè intelligi queunt, niſi hæc, quæ diximus perpẽdantur.

21 At vero, cum primum ordines Mendicantes maximo Dei beneficio in lucem mundi prodiere, qui non contemplativæ ſolum vitæ, ſed etiam activę inſiſtunt, ex

ex instituto non uni, vel alteri monasterio fuere addicti, sed ubique terrarum degere, non monasterii nomine, sed generali insigniri. Quod à Prædicatorum ordine, tanquam à Principe, sive primo Mendicantium ortũ habuisse, & reliquos sumpsisse Navarrus supra notat ex lib. instructionis ipsius ordinis: Nos vero in Gregorii XI. literis, quæ in ipsis Sixti IIII. referuntur habemus: Inquit enim. *Et quia eiusdem ordinis fratres de locis ad loca ipsius ordinis sæpius transmittũtur, propter quod stabilem, & perpetuam in certis, et determinatis eiusdem ordinis domibus non faciunt mansionem.* Et in IESV Societate in Pauli III. privilegio idem dicitur, ut in primo numero. *Et quia eiusdem Societatis Fratres, & Socios de locis ad loca transferri contingit, propter quod stabilem, & continuam in certis, & determinatis domibus mansionem habere non possunt, &c.* Et in aliis privilegiis dicitur, & ita in regulis habetur. *Nostræ vocationis est, diversa loca peragrare, & vitam agere in quavis mundi plaga, ubi maius Dei obsequium, & animarum auxilium speratur.* Regula. 3. in summario. Vnde optime Navarrus supra nu. 22. vers. tertio. * Quo fit, (inquit,) ut omnibus ferè Mendicantibus, in quibus quasi omnia monasteria sunt exempta à iurisdictione Episcoporum, quæque sunt divisa in Provincias, & habent suos Provinciales, & generalissimum immediate subiectum Papæ, &c. Cum omnia monasteria cuiusque Provinciæ faciant unum corpus, respectu sui Provincialis, qui est caput, & omnia totius orbis Christiani faciunt aliud corpus respectu generalis, qui est caput illius, &c. * Quare nõ unius monasterii, sed totius ordinis Religiosi dicuntur. Vno verbo notavit Card. 22

Belarmi.

Belarmi. tomo. 1. libr. 2. de Monachis. cap. 1.

23 Hinc Tertia exemptionis differētia originem duxit, quæ primo, & per se universo ordini in communi à Romano Pōtifice tribuitur, & inde in personas Regulares, in Ecclesias eorum, & Monasteria, & alia bona quæcumque derivatur. Quæ quidem exemptio est omnimoda & plenissima, reliquasque duas alias in se complectitur. Vnde exemptiones à parvis principiis ortæ (veluti omnia alia humana) in hanc, quam videmus, devenêre amplissimam formam. Id aperte constat ex literis Sixti IIII. in Prædicatorum favorē concessis, quas supra retulimus. Ibi, *In personas, domos, & loca dicti Ordinis Prædicatorum*, & Benedictus XI. Minoribus ut in eorum monument. concessione. 232. fol. 108. dicit. *Licet igitur nōnulli Romani Pontifices prædecessores nostri præfatū ordinē (scilicet Minorum) à Prælatorū iurisdictione quorūlibet prorsus exemerunt*, & infra. *Vos & ordinem ipsum ab omnium, & singulorum quorumlibet Prælatorum, & personarum Ecclesiasticarum omnimoda potestate, ac iurisdictione prorsus eximimus de Apostolicæ plenitudinis potestate*, &c. In Mari magno Augustinia. concessione. 619. fol. 848. Bonifac. VIII ait. *Vos & prædictum ordinem personas & Ecclesias, oratoria, & domos, & res alias, & loca vestra in ius, & proprietatem B. Petri & Apostolicæ Sedis assumimus, illaque à cuiuscumque Diœcesani, & cuiuslibet alterius potestate, iurisdictione, & dominio, omnimode in perpetuum prorsus eximimus*, &c. Et in Mari magno Carmelitarum concessione. 448. fol. 183. Sixtus IIII. ait. *Et ne prætextu constitutionis Innocent. IIII. quæ incipit, Volentes*, &c. *In personas, domos, loca aut alia dictorum fratrum bona, ut pote prorsus*

24

25

*prorsus exempta*, &c, Iam ex Pauli III. literis initio adductis constat, ait enim; *Ipsam Societatē, & universos illius Socios, & personas, illorumque bona quæcumque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione quorumcumque Ordinariorum eximimus, ac liberamus, &c.* Et Gregorius XIII. verbis supra adductis, num. 4. Ex quibus cōstat quam recte Clemens IIII. qui multis post Innocentium IIII. annis præfuit universali Ecclesiæ, iam Mendicantium ordinibus propagatis, distinctionem fecerit inter exemptionem singularibus personis concessam, & illam, quæ ratione loci tribuitur, & illam aliam, quæ toti ordini ratione Religionis conceditur. Obiter annotavit S. Thomas. 2.2. quæstione. 186. ar. 5. ad. 3. illis verbis agens de Monachis. *Et si* (inquit) *à Diœcesanis Episcopis totaliter, vel ex parte sunt exempti, obligantur tamen ad obediendum Summo Pontifici.* Huius etiam plenissimæ exemptionis participes sunt Ordines Monachales, qui etiam in multis, Mendicantium ordinum formam sequuntur, ut re ipsa constat, & Pius V. in constitutione. Ex supernæ, ait, & illis Mendicantium concedit privilegia. 26

His ita constitutis iuxta privilegia, certum, & indubitatum est, quod initio asseruimus, Regulares omnes qui quovis modo sive principaliter, sive per communicationem his fruuntur, & gaudent privilegiis, etiā post Sacrum Concilium Tridētinum, prorsus ab omni Ordinariorum iurisdictione liberos, & exemptos esse, vt neq; ratione rei sitæ, vel contractus initi, vel delicti commissi extra locum exemptum coram locorum ordinariis conveniri possint, neque ab eis in ius ob eam causam vocari posse, ita expresse S. Antoninus 27

ninus.d.3. part.Summæ.titul. 16. c.9. §. 1. Angelus in summa verbo exemptus, num. 8. Armilla verbo exẽptio, numer. 1. Sylvester verbo exemptio, numer. 10. Ioan. Andreas in novellis in. c. Volentes. de privileg. in.6. Ibi, *Item sciendum quod multi sunt exempti etiam contra hanc decretalem, ut in his tribus casibus non possint coram ordinariis conveniri.* Idem Petr. de Ancharrano, ibi, num. 2. Francus, num. 1. Atque propter eam rationem non posse Mendicantes coram Ordinariis conveniri, tradit, ex Paulo Cardinalis, in Clementina dudum. §. in quibus. vers. Vltra de sepulturis; dicunt Veriorem Ioannes Imola ibi, numero. 102. Ancarranus, numer. 36. Bonifacius Vitalinis, ibi. §. Facturi, num. 9. ubi. *Conclude, quod Mendicantes sunt exempti, quoad forum iurisdictionale, & sic non possunt cogi ad solutionem quartæ, vel legatum eius ut. c. Si Papa cum similibus de privileg. in. 6. & hoc sentit hæc Glossa. (verbo coerceri,) & Paulus.* Idem tenet ibi Abbas, numero. 47. aperte

28 Antonius Butrio, in. c. tuarum de privileg. numero. fi. in fi. Eandem proculdubio tenent sententiam, qui affirmant. c. Volentes de privilegiis, in 6. in 1. parte agere de loci exemptione, qui sunt plures, & gravissimi Doctores, quos infra adducemus, cap. 3. num. 17. hac parte. Eandẽ etiam consequenter admittunt, qui asseverant Mendicantes, ubi ab ordinario fuerint in ius vocati non teneri ad comparẽdum, qui etiam plures, & gravissimi sunt Doctores, quos infra. 2. part. cap. 7. num. 3. adducemus. Inter quos Innocentius IIII. est c. Volentes, auctor.

Post SacroSanctum Concilium Tridentinũ, quod.

27 c. Volentes innovavit, idem omnino asseruerunt, & affir-

affirmarunt, Regulares in nullo casu posse coram locorũ Ordinariis conveniri, Martinus Azpilcueta Navarrus Vir certè magnæ authoritatis in.d.c.non dicatis.12. quæstione.1. commentar. 2. de Regular. num. 63. Thomas Trivisanus decisſion. civilium, decisſione.36. lib.1.ubi atteſtatur de praxi Venetiis. P. Henrriquez, libr.7.de Indulgentiis, cap.25.num.4. Ioannes Baptiſta Confettius in privileg. collecti. in summario materia.titul.5. de exemptione. cap.2. Emanuel Rodriguez, tom.2.qq.Regul.art.8.

Qui omnes, licèt variis nitantur argumẽtis, in hoc 30
conveniunt, ab omni prorſus Ordinariorum iuriſdictione Regulares eſſe exemptos, nec mirum in fundamentis non convenire. Nos itaque hanc ſententiã non ſolum iure defendi, ſed & authoritate fulciri probamus, cum tamen nullus hactenus, neque Doctor, neque Iudex Ordinarius exiſtat, qui intrepidè contrarium affirmet. Neque eum D. Doctor Leyva adducit, & ſolus inter Doctores, & Ordinarios in ſentẽtia perſiſtit, ex Innocentii IIII. conſtitutionis innovatione à Sacro Concilio Tridentino facta, quæ quidem minime noſtræ receptiſsimæ ſententiæ obeſt, ut iam capite ſequenti oſtendemus.

*Regularium omnimoda exemptio ex Sacro Concilio Tridentino aſſeritur, & vera Innocentii IIII. conſtitutionis explicatio traditur, & probatur.*

## Cap. III.

TANTVM abeſt ut credamus Regularium 1
privilegia à Sancto Concilio Tridentino derogata eſſe, ut potiùs ab illo præſervata fuiſſe, immo

immo, & confirmata omnino asseramus. Quod quidem variis Concilii locis nos apertè probaturos affirmamus. In quo primum obtinere locum volumus, qui & ordine primus est, & quo maximè adversarius nititur, is est.c.14. sessio.7. cuius verba sic se habent. *In exemptorum causis constitutio Innocentii IIII. quæ incipit, Volentes, in generali Concilio Lugdunensi edita, servetur, quam eadem SacroSancta Synodus innovandam censuit, & innovat. Addendo insuper, quod in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum Clerici sæculares,*
51 *aut Regulares extra Monasterium degentes quomodolibet exempti, etiam si certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum, in partibus habeant; in aliis verò si ipsum Iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam in hoc ab ipsa Sede Delegatis, cōveniri, & iure medio ad solvendū debitū cogi, & compelli posint, privilegiis, & exēptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus ad-*
2 *versùs præmissa nequaquam valituris.* Ex quo. c.M. Navarrus, in.d.c.non dicatis; num.63. id intulit. *Ex prædicta Tridentina* (inquit) *additione colligitur primò, limitatio exemptionum, ne scilicet prosint, quoad causas civiles mercedum, & miserabilium personarum. Secùndò generalis differentia inter regulares exemptos degentes extra Monasteria, & degentes intra, nam hi super nullis causis possunt conveniri coram locorum Ordinariis, illi autem sic, super prædictis duobus generibus causarum.* Itaque optimè à contrario sensu colligit, degentes intra Monasteria, in nullis causis posse coram locorum ordinariis conveniri. Vides, & contrectas, quæ dicimus à Concilio privilegia manere illibata. Quod quidem, ut magis, ac magis pateat, agamus necesse est prius

de

de vera Innocentii IIII. constitutionis declaratione, sed eius præmittamus verba.

*Volentes libertatem, quam nonnullis Apostolica Sedes privilegio exemptionis indulsit, sic integram observari, vt & illam alii non infringant, & ipsi eius limites non excedant, declaratione irrefragabili definimus, quod quamtũcumque sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, sive contractus, aut rei de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum Ordinariis conveniri, & illi quoad hoc suam in ipsos iurisdictionem (prout ius exigit) exercere. Numquid ergo carent omnino in his commodo libertatis? Non utique, quia nec coram Ordinariis ipsis, dummodo sit in loco exempto commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa; nec vbi domicilium habent, si alibi delinquant, vel contrahant, aut res ipsa consistat, conveniri possunt aliquatenus super istis, &c.* 3

¶. *In eos autem, quibus ne interdici, suspendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à Sede Apostolica est indultum, sicut sunt Religiosi quamplures, in quorum privilegiis continetur, ne quisquam Episcopus, vel Archiepiscopus, Monasteriorum suorum Monachos pro ulla causa, ullo ve loco interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat, iidem Ordinarii iurisdictionem suam, quantum ad ista, ubicumque illi fuerint penitus exercere non possint; nisi forsam ipsi Monachi ad Monasteriorum suorum prioratus Ordinariis eisdem subiectos, ut vel gerant eorum regimen, vel in eis tanquam proprii locorum ipsorum Monachi resideant, fuerint destinati. Tunc enim etsi liberè possint ad eadem Monasteria revocari, ac tam illorum, quam ipsorum prioratuum Monachi reputentur, cum non sit inconveniens aliquem utrobique locum habere Monachicum, unum alteri* 4

*ſubeſſe monaſterio, vel ab ipſo noſcitur dependere; ratione tamen eorumdem prioratuũ, dicti ordinarii ſua iuriſdictione in ipſis etiam quoad præmiſſa (quamdiu morantur in illis) licite uti poßint.* Si hæc Innocentii conſtitutio eo
5 explicetur modo, quo D. Doctor Leyva vult, vtique Sanct. Concilium Tridentin. in.d.cap.14. & aliis locis, inſuperabiles patitur difficultates, & contrarietates, quas ipſe, nec diſſolvit, nec declarat. Exiſtimat namque, ut ſupra retulimus, quoſcumque regulares exemptos, eo comprehendi canone, & ratione delicti, rei, & contractus poſſe coram locorum ordinariis conveniri, quãtumcumq; plena exemptione gaudeant.

6 Prima, difficultas eſt, quòd illud, quod à Concilio, inſuper addi, dicitur, non additio, ſed illius conſtitutionis limitatio omnino eſt, nam ex conſtitutione Innocentii, quæcumque ſint perſonæ in tribus illis caſibus, coram locorum ordinariis ſunt conveniẽdi, quod tamen à Concilio limitatur in miſerabilibus, & cauſis mercedum, & ubi certum à Sede Apoſtolica non habuerint in partibus iudicem deputatum.

7 Secunda, quia ex illa conſtitutione Epiſcopus ordinaria procedit iuriſdictione; in Concilio vero non ordinaria, ſed delegata à Sede Apoſtolica.

8 Tertia, quòd regulares intra clauſtra degẽtes diſtinguat Concilium ab his, qui extra degunt; caput verò Volentes, omnes æqualiter in tribus caſibus conveniri decernat.

9 Quarta, quod ſi Regulares extra clauſtra degentes certum habeant iudicem deputatum, coram ipſo conveniri debent in omnibus cauſis (miſerabiliũ & mercedum

cedum exceptis,) quod quidem Innocentii constitutioni repugnat, & eam limitat supra modum, nã sive res sita existat extra locum exemptum, vel cõtractus initus etiam extra locum exemptũ, coram illo iudice conveniri debent, non vero coram locorum ordinariis.

Quinta, quoniam Regulares in claustro degentes nullo modo, nec ratione contractus, nec rei, etiam in causis miserabilium, vel mercedum possunt coram locorum ordinariis conveniri, ut recte collegit Navarrus, quod si excludatur propter. cap. Volentes, à Concilio innovatum, iam decretum illud in se pugnãtiam habet, & in se non recte cohæret; quod indignũ est tanto Concilio. 10

Sexta, quod si id argumentum à contrario sensu nõ admittatur ex eo, quod argumentum à contrario sensu non urget, ubi legum correctio sequeretur; in aliud omnino absurdissimũ deveniemus, ut deterioris sint conditionis Regulares intra claustra degentes, quam hi, qui vagantur extra, quippe illos in tribus casibus posse conveniri coram locorum ordinariis conceditur, eorum privilegiis non obstantibus; hos vero minimè. Quod quidem à mente Concilii alienissimum est. 11

Denique id omnino est contra idẽ Concilium. cap. 5. sessione. 14. & contra. cap. 11. sessione. 24. de reformatione, & contra, cap. 14. sessione. 25. de Regularibus, de quibus sigillatim mox dicemus; ubi hæc explicuerimus. 12

Respondet D. Doctor Leyva doctrinaliter, & incidenter loquendo Concilii Tridentini sensum esse. 13

*Quod in caſibus dictæ Innocentii conſtitutionis, Regulares ſunt abſolutè ſub Ordinaria iuriſdictione; in illis vero, in quibus per dictam Innocentii conſtitutionem ſunt ab Ordinariis exempti, eis ſubjiciuntur in illis duobus Concilii caſibus, videlicet in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, & in aliis cauſis civilibus, ſi non habent certum iudicem à Sede Apoſtolica deputatum in partibus, qui duo caſus intelligendi ſunt de Regularibus extra clauſtra degentibus, ut expreſſe diſponit Concilium.* Quod confir-
14 mat admitti debere, ut contrarietas, & antinomia in uno, eodemq; evitetur decreto. Hæc interpretatio, alia certè indiget, & ſatis liquet minimè difficultatibus ſatisfacere; Sicuti nec illa ſatisfacit, quam alii tradidere, (neque illam reticendam putavimus, ne aliqua, quæ contra noſtram faciunt ſententiam, ſubterfugere videamur.) aſſerunt itaque. *Non obſtare, quod in decreto. cap. 14. ſeßione. 7. ſolùm ſubjiciantur Regulares extra Monaſteria degentes, Ordinario in cauſis miſerabilium perſonarum, & mercedum, quia quoad iſtas cauſas dicti Regulares non ſolùm ratione contractus, vel rei, de qua agitur, ſed indiſtinctè ſupponuntur Ordinariæ iuriſdictioni, quod non concedit. c. 1. de privileg. in. 6. & conſequenter vera eſt ampliatio.*

15 Hoc quidem ſubterfugium eſt, & non vera argumentorum, & difficultatum ſolutio, & ubi veram cõſtitutionis declarationẽ aſſequutus nõ fueris, non minuũtur, ſed creſcũt difficultates. Quod patet. Nã ſicut indiſtincte in cauſis mercedũ, & miſerabiliũ perſonarũ Regulares extra clauſtra, & ſeculares, Ordinario ſubjiciũtur; ita eodẽmodo in alijs cauſis indiſtincte nullo habito reſpectu ad cõtractũ, vel rẽ, eximũt ab Ordinarii iuriſ-

iurisdictione cōtra innocentii constitutionē. Tū etiā, cum hic agatur tam declericis, quā de regularibus extra claustra degentibus exemptis, constat apertè, tam res, quam contractus extra locū exēptum esse, unde in quibusvis causis coram locorū ordinariis essent cōveniendi ex Innocentii constitutione, cum locū nō habeant exemptum, nec in eo degāt, ratione cuius ab ordinarii eximantur iurisdictione, ergo aperta limitatio est, quod solum in causis mercedum, & miserabilium conveniantur, & insuper aliæ difficultates, vt diximus non solvūtur, nec id, quod absurdum diximus, effugitur. In quot, & quantas devenerunt difficultates; quia cap. Volentes, & Concilii Tridentini genuinum sensum fugerunt.

16 Indubitatum apud nos est, Sanctissimos Patres, qui præsentes sacro illi decreto stabiliendo interfuerunt, prius apud se statuisse, quæ esset vera Innocentii IIII. constitutionis declaratio, cū enim eam dupliciter doctores explicent, & hæ interpretationes inter se maximè distent, immo pugnent, oportuit unam eligere, & iuxta eam consequenter disponere. Prima igitur declaratio habet, illam cōstitutionem in vniuersum accipiendam esse, ita vt omnes exemptiones comprehendat, sive ratione loci, sive personæ, siue vtriusque, eximantur. Hanc defendit, D. Leyva. Quam nos reiicimus.

17 Secunda vero expositio, quam nos veriorem, & receptiorem asserimus, & admittimus, affirmat, Innocentii constitutionis principium solum obtinere, quando exemptionis priuilegiū est loco certo circunscriptum, nam eo casu ratione loci exemptus extra illum

contrahens, seu delinquens, vel re, de qua agitur, existente coram loci ordinario conuenitur. At vero exēpti non ratione certi loci, sed personarū, vbicumque illi contraxerint, vel res sita sit, vel delictum commisserint, minimè coram ordinariis conuenientur, neque illa constitutione sunt comprehensi. Hanc explicationem tradit Antonius de Butrio in cap. fi. sub nume. 7. de foro competenti, & magis aperte in cap. Tuarum numero vltimo de priuilegiis. Abbas Panormitanus sequitur in.d. cap. Tuarum, numero.8. & ibi Alexander de Nevo in additione. tribuit etiam Abbati Siculo; tradit idem Panormitanus, in.cap.ad abolendam, numero. 14. de hæreticis, sequitur Ioannes de Anania in eodem.cap. ad abolendam, numer.24. sequitur etiam Marianus Socinus, in.cap. Recepimus.à nume. 57. vsque ad 70. de privilegiis; declarat optimè Celsus Hugonis consilio.60.numer.40. Tradunt Summa Tabiena verbo, Exemptus, in principio. Angelus eodem verbo, numer.1. Sylvester verbo, Exemptio, numer.4. Omnium optimè D. Couarruvias in practicis, cap.11.num. 5. Item Hieronymi Sorbi Capuceini annotatio ad Compendium privilegio. verbo exēptio, versiculo. Si vero delictum. qui pro ea adducit D. Iacob. Casinens. libr.2.cap.49. numer. 70. Et ipsemet D. Doctor Leyva veritate compulsus, fol.16.ad 6. ait. *Licèt ubi exēptio sit merè personalis non intrat dispositio dictæ constitutionis.* Possumus & pro hac sententia adducere Felinū in d.c.fi. de foro competenti, qui quidem in criminalibus asserit, Fortè veriorem esse contrariam, ut propter delictum privilegium amittatur, non verò in civilibus, unde eam in civilibus admittit;

mittit; idem Decius in.c. Tuarum, à num.44.de privileg. Ait enim contrariam habere *AEquitatem, ut celerius delicta puniantur; privilegium suam vim habente in civilibus.* Itaque satis apertè declarant nostram sententiam obtinere debere in causis civilibus, sed non in criminalibus, ne delicta maneant impunita, & quia propter crimen privilegium amittatur. Pro eadem 18
expositione eiusdem.cap. Volentes, glossam post facti speciem adducimus in primo notabili, ait. *Nam iste textus intelligitur quando Papa dixit in privilegio suo, Talem Ecclesiam cum ministris suis eximimus à iurisdictione ordinarii.* Ex quo patet sentire manifestè de exẽptione respectu Ecclesiæ concessa, & non personarum. Et id etiam probat, mea quidẽ sententia, Innocentius IIII. eiusdem constitutionis auctor in commentariis eius, ait enim. *Exempto. Monasterio enim exempto, non solum Ecclesiæ, sed etiam domus exemptæ sunt* 12.*quæst.*1. *necessaria*. Igitur apertè ostendit se agere de exemptione ratione loci, nimirum quando monasterium est exemptum. Sed iam illam veram, & genuinam ostẽdamus, penitius ipsius constitutionis mentem penetrando.

Primò, quidem faciunt verba ipsius constitutionis, 19
ait enim, *Quam nonnullis*, quod aliquos significat, paucos scilicet, non multos, at verò in.§. In eos, cum ageret de Regularibus, ait; *Quam plures*, oppositum quidem, nonnullis, eodem nomine utitur Sanct. Concilium Tridentinum, session. 14. cap.5. in principio. & sub eo non comprehendit Regulares, ut ex fine illius cap. constat. Vnde sequitur primã constitutionis partem, nõ tam latè patere, quàm secundã, & de diversis

contrahens, seu delinquens, vel re, de qua agitur, existente coram loci ordinario conuenitur. At vero exẽpti non ratione certi loci, sed personarũ, vbicumque illi contraxerint, vel res sita sit, vel delictum commisẽrint, minimè coram ordinariis conuenientur, neque illa constitutione sunt comprehensi. Hanc explicationem tradit Antonius de Butrio in cap. fi. sub nume. 7. de foro competenti, & magis aperte in cap. Tuarum numero vltimo de priuilegiis. Abbas Panormitanus sequitur in. d. cap. Tuarum, numero. 8. & ibi Alexander de Nevo in additione. tribuit etiam Abbati Siculo; tradit idem Panormitanus, in. cap. ad abolendam, numero. 14. de hæreticis, sequitur Ioannes de Anania in eodem. cap. ad abolendam, numer. 24. sequitur etiam Marianus Socinus, in. cap. Recepimus. à nume. 57. vsque ad 70. de privilegiis; declarat optimè Celsus Hugonis consilio. 60. numer. 40. Tradunt Summa Tabiena verbo, Exemptus, in principio. Angelus eodem verbo, numer. 1. Sylvester verbo, Exemptio, numer. 4. Omnium optimè D. Couarruvias in practicis, cap. 11. num. 5. Item Hieronymi Sorbi Capuceini annotatio ad Compendium privilegio. verbo exẽptio, versiculo. Si vero delictum. quì pro ea adducit D. Iacob. Casinens. libr. 2. cap. 49. numer. 70. Et ipsemet D. Doctor Leyva veritate compulsus, fol. 16. ad 6. ait. *Licèt ubi exẽptio sit merè personalis non intrat dispositio dictæ constitutionis.* Possumus & pro hac sententia adducere Felinũ in d. c. fi. de foro competenti, qui quidem in criminalibus asserit, Fortè veriorem esse contrariam, ut propter delictum privilegium amittatur, non verò in civilibus, unde eam in civilibus admittit;

mittit; idem Decius in.c. Tuarum, à num.44. de privileg. Ait enim contrariam habere *AEquitatem, ut celerius delicta puniantur; privilegium suam vim habente in civilibus.* Itaque satis apertè declarant nostram sententiam obtinere debere in causis civilibus, sed non in criminalibus, ne delicta maneant impunita, & quia propter crimen privilegium amittatur. Pro eadem 18
expositione eiusdem. cap. Volentes, glossam post facti speciem adducimus in primo notabili, ait. *Nam iste textus intelligitur quando Papa dixit in privilegio suo, Talem Ecclesiam cum ministris suis eximimus à iurisdictione ordinarii.* Ex quo patet sentire manifestè de exēptione respectu Ecclesiæ concessa, & non personarum. Et id etiam probat, mea quidē sententia, Innocentius IIII. eiusdem constitutionis auctor in commentariis eius, ait enim. *Exempto. Monasterio enim exempto, non solum Ecclesiæ, sed etiam domus exemptæ sunt* 12. *quæst.* 1. *necessaria.* Igitur apertè ostendit se agere de exemptione ratione loci, nimirum quando monasterium est exemptum. Sed iam illam veram, & genuinam ostēdamus, penitius ipsius constitutionis mentem penetrando.

Primò, quidem faciunt verba ipsius constitutionis, 19
ait enim, *Quam nonnullis*, quod aliquos significat, paucos scilicet, non multos, at verò in.§. In eos, cum ageret de Regularibus, ait; *Quam plures*, oppositum quidem, nonnullis, eodem nomine utitur Sanct. Concilium Tridentinum, session. 14. cap. 5. in principio. & sub eo non comprehendit Regulares, ut ex fine illius cap. constat. Vnde sequitur primā constitutionis partem, nō tam latè patere, quàm secundā, & de diversis

 agi

agi in hac ſecunda ab illis, de quibus in prima, in qua pauci comprehenduntur, cum de exemptionibus ratione loci tantum ageret. Deinde oportet ponderari
20 maximè illud, *Declaratione irrefragabili definimus.* Qua manifeſtè patet, conſtitutionem hanc eſſe privilegiorum declaratoriam, quod & verbum, *Indulſit*, denotat, quod cùm ſit præteriti temporis, privilegia reſpicit conceſſa, quæ Innocentius declarat, & nullo modo privilegiis derogat, quod ſummè notandum eſt, & ita omnes ibi ſentiunt, præcipue Geminianus, §. In eos. numero. 9. Vbi expreſſè cum omnibus fere Doctorib. Bononnienſibus aſſerit, hanc conſtitutionẽ non derogare privilegiis, ſed declarare. Idem Ioann. Andr. ibi. Francus in principio, numer. 1. & Ancarra. num. 2. in fi. Ananias in. d. cap. ad abolendam, num. 24. de hæreticis.

21 Ex quo ſequitur primò, tunc demum illam conſtitutionem locum habere, ubi privilegii verba quantumcumque ampla, interpretari eo modo poſsint, ut declaratio admittatur, quatenus verba patiuntur; ſi enim verba declarationem excludunt, quia nulla eſt ambiguitas, excluditur etiam declaratio. l. ille aut ille. deleg. 3. l. continuus. §. Cum ita. de verborum
22 oblig. Rolandus, conſili. 54. numero. 19. libr. 4. Quæ enim vero ſimilis non eſt declaratio, meritò exploditur. cap. Quia veriſsimile. de præſump. Cephal. conſil. 149. numero. 16. libr. 2. late Menochius de arbitrar. lib. 2. caſu. 199. à numero. 3. & cum privilegii manifeſtus eſt ſenſus, nunquam tantum valet verborum interpretatio, ut melior ſenſu exiſtat. Text. inſignis, l. 3. C. de liber. præterit. Roland. conſi. 126. n. 19. vol. 4.

Ergo

Ergo, ubi privilegii verba illos tres casus comprehē- 23
derent ex verborū proprietate, proculdubio illa constitutio non admitteretur, id enim esset privilegio derogare, & non declarare, contra illius constitutionis mentem, & eius declarationem. Vnde merito Geminianus dixit in.d. §. In eos. numero. 7. *Multum ergo* (inquit) *in his sunt ponderanda verba privilegiorum.* Et ita sentit Abbas.in.d. cap. fina.numero.11.de foro comp. Vbi Felinus, numero. 5. Ibi. *Salvo nisi expressè vel implicitè loqueretur privilegium.* Et irrefragabiliter constat ex. §. In eos, ubi cum privilegiorum tenor eā non admitteret interpretationem, omnino exclusa est, ut ubicumque sit exemptus, privilegium locum habeat. Notavit unico verbo, ut solet, Innocētius IIII. eiusdem constitutionis author, in commētariis ad eā, ibi. *Penitus, quia sic se habent verba privilegii supra de privileg. Porro,* & ita nulli in hoc dubium esse potest. Et idem ibi notavit Ioan. Andreas. 24

Ex hoc confirmatur nostra expositio, quoniam loci exemptio quantumcumque ampla solum eam admittit declarationem. Pone cum Glossa, privilegium dicere. *Ecclesiam Hispalensem cum suis ministris, eximimus ab omni iurisdictione, correctione, & superioritate ordinarii,* hæc verba utique amplissima sunt, sed quātumcumque ampla, recte, & optime dubitatur, ubi extra Ecclesiam canonici deliquerint, vel contraxerint, an Ordinaria excludatur iurisdictio, & ita in eis locum habere, declarādo definivit Innocentius, & tunc exēptioni locum esse, ubi in loco exempto, vel delictum commissum, vel contractus initus sit, vel res sita, sic enim privilegiū conservatur. At verò si ea verba 25

de personis agant, utiq; ita interpretari nequeunt, cùm in personali privilegio præcipuè attendatur persona, & nullo modo locus, & omnino verba eam nō admittunt expositionem, & ita oportet primam illius constitutionis partem de exemptione ratione loci cōcessam intelligi, secundam vero de exemptione personali.

26 Secundò probatur, quoniam. in. §. In eos, Regulares illi, ubicumque fuerint, sive sint in loco exempto, sive extra illum non possunt interdici, suspendi, vel excommunicari ab ordinariis. Igitur manifestè sequitur, quod ubi personalis est exēptio, illius cōstitutionis prima pars locum non habet. Patet omnino, quia nulla alia potest assignari ratio, propter quā in cōstitutionis initio exemptio loco exempto limitetur, & in secunda nō ita limitetur, nisi quia erat propter locū, concessum privilegium, atq; ob id non egreditur locum, hoc autē cum sit ratione personæ, illam, quocumq; vadat, comitatur, cum ubiq; eadē sit, & id apertè sensit Dominicus, d. §. In eos, nu. 2. & 3. & Francus, num. 2. Qui ait. *Secundò nota, ibi, Vbicumque, quod privilegium personale generaliter concessum, sequitur personam quocumque vadat, sic infra eodem lib. de reg. iur. cap. Privilegium.* Cui consequenter recte addimus, non ita esse ratione loci. Text. optimus, & in id singularis, supra adductus in. cap. privilegium de verborum signific. in 6. Vbi Monachis in cellis habitantibus privilegium concessum, ne ab alio quam à Romano Pontifice posint excommunicari, suspendi, aut cellas interdicto supponi, residentes tantùm in cellis, & cellas defendit, non verò extra eas degentes, quod convenit cum

cum.d.cap. Volentes, initio, & hic afferri debent, quæ nos supra.cap.2.à numer.10. diximus, & constat Monachis Monasteriorum privilegium concessum, non Monasterio, illis verbis, *Monasteriorum suorum Monachos, &c.* Quæ sanè verba in Monachos directa sunt, & ita privilegium est personale.

Tertiò probatur, quoniam si huiusmodi exempti essent Clerici seculares, vel Regulares extra claustra degentes, prorsus illis privilegium esset inutile, semper enim, & contraherent, & res sita esset extra locum exemptum, cum nullum ipsi haberent, cuius respectu privilegium sortiretur effectum. Vnde, & semper coram locorũ ordinariis possent conveniri, quod utique, & esset contrarium exemptioni, & Innocentii statuto, tam in principio, quam in fine, In principio, quoniam ibi maxime cavit, ne inutilis omnino esset exemptio; & contra mentem Pontificis esset reddere prorsus inutilem exemptionem; Contra finem, sive partem secundã, in qua personalis exemptio ubicũque locum habet. 27

Denique hæc interpretatio, & ratione fulcitur, & authoritate commendatur, & quatenus nobis Sacrosancti Concilii mentem indagare licet, ut partium nostrarũ defendamus privilegia, videtur omnino à Sanctissimis Patribus admissa. Ea namque retenta omnia in.d.cap.14. decreta, & aliis locis, sine ulla difficultate, & antinomia procedunt; optimèque, & mira quadam harmonia inter se cohærent, & consonant, sibiq; invicem adstipulantur. 28

Primò, quia cum Innocentii constitutio non comprehendat exemptos ratione personarum, meritò dicitur 29

dicitur. *Addendo insuper*, ut seculares, & regulares extra claustra degentes, in causis mercedum, & miserabilium personarum, coram locorum ordinariis cõveniãtur, quod minime propter privilegia poterant. Itẽ in aliis causis, si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinariis tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis conveniri posse. Quod item, eorum privilegiis obstantibus, fieri non poterat; & ne inutile reddatur privilegium, Ordinarii delegata iurisdictione utũtur. Sic recte à contrario sensu elicitur, in nullo casu Religiosos in Monasteriis degentes posse in ordinarii iudicium trahi, nec coram eis conveniri, & melioris existunt conditionis, quam extra claustra degentes.

30 Præterea est & illud consequens, Regulares extra Monasterium delinquentes non debere ab ordinariis puniri, sed à suis superioribus ut. cap. 14. sesion. 25. de regularibus, quo vel maximè fundamẽto hæc cõprobatur sententia, cum omnino adversetur dictæ Innocentii constitutioni, nisi eo modo interpretemur, ut infra ostendemus. Denique cessant cunctæ difficultates supra adductæ.

31 Neque illud prætermittemus, nobis id facile suaderi, quoniam cum decretum illud fuerit sub Paulo IIII. editum, & dubium non sit, quin tunc temporis Concilio Tridentino interfuerit. D. Didacus Covarruvias de Leyva Episcopus Civitatẽsis, ut pote qui inter Pauli IIII. Episcopos loco antepenultimo Cõcilio subscripserit, & is acriter, & nervose in suis libris hãc interpretationem defenderit, & cum magni nominis semper iurisconsultus habitus fuerit, non dubitamus viri insignis, & toto celebrati orbe sententiam obtinuisse,

nuisse, ut ea genuina, & legitima explicatio reputaretur à Sanctis Patribus.

Cum igitur principium c. Volentes agat de exemptione ratione loci competente, & Regulares non ratione loci, sed speciali illa, quam diximus, quæ ipsum ordinem respicit primo, & inde ad personas, & bona derivatur, & ea quidem plenissima, constat apertè illa constitutione minime comprehendi, sed neque Sacri Concilii Tridentini innovatione. Quod quidem verbis apertis expresse dixit Sixtus IIII. tam in Mari magno Prædicatorum, quam Carmelitarum, reddens rationem, propter quam Innocẽtii constitutio in eis locum nõ haberet. Ait, *Vt pote prorsus exempta*, ut nos supra cap. 2. numero. 24. Quare illud caput ad Mendicantes non pertinere, ut pote plenè exẽptos, vel omnino exemptos affirmant, quos supra, c. 2. nume. 27. adduximus, & quos afferemus infra. 2. p. cap. 7. nu. 3. 32

*Dissolvuntur argumenta, & obiectiones, quæ contra superiorem expositionem opponuntur.*

Cap. IIII.

VT NOSTRAE SVPERIORIS declarationis magis appareat veritas, quæ cõtra illam à D. Doctore Leyva afferũtur argumenta statim duximus dissolvenda, sic enim firmior, ac stabilior apparebit. Sed illud præfari oportet ea, quæ pro Societate adducit argumenta, nullo modo fuisse illa à Societate exhibita, sed ipse vel ab aliis accepit, vel proprio studio opposuit. 1

Igitur

1 Igitur nostram declarationem primo ex eo impugnat, quod cap. Volētes, de privil. in 6. non potest intelligi de privilegio ratione loci cōcesso, cum verbis utatur generalissimis. *Quantacumque sic exempti gaudeant libertate*, tum etiam, quoniam alias inutilis esset constitutio, quæ solum voluit generalem restringere exēptionem, vt ibi dicit Francus num. 2. & ita de generali, & plena exemptione intelligunt Geminia. Francus Archidia, & Panor. in cap. fi. numer. 15. Felin. numer. 5. de for. compet. & Nauar. in cap. non dicatis num. 63. Syluest. verbo, exemptio numero. 10. & id praxi comprobatur, quæ in privilegiis illi constitutioni expressé derogat, vt ex Nauar. Gemi. Fran. supra constat, & late Manuel Rodrig. tomo 2. qq. Regul. q. 2. artic. 8.

Deinde quia Gemin. ind. cap. Volentes, numer. 9. refert Cisters. qui pleniss. habent exemptionem, impetrasse ab eodem Innocēt. 4. ne suis exēptionibus illa præiudicaret constitutio, quod concessit, & quia eius derogatio non fuit clara, ipse, & Bononiens. doctores quasi omnes consuluerūt, per dictā impetrationē non fuisse derogatum illi constitutioni, & Cistersienses in eius casibus ordinario remansisse subditos.

Præterea quoniam Butrii interpretatio, quæ a Couarru. adducitur, Ant. de Butrio citatum, nec vllum verbū dicere in materia, cum ab ipso iterum atque iterum fuerit perlectus. Panormit. item non recte ad casum induci, quoniam ex sua distinctione noluit comprehendere eas exemptiones, quæ simul locis, & personis sunt concessæ, quales regularium sunt, sed tantū eas, quæ sunt mere personales excludere, & localem exemp-

exemptionem tanquam conditionem, ſine qua non, requiri,& quamvis Panormit. verba nõ eſſent ita clara, interpretari deberent per alia contraria, quæ alibi dixit clarius. Quodſi nõ ſufficit, reiici debet tanquam varius,ſicut & Navar. in d. cap. non dicatis, cum minime conſideraverit revocationem d. derogationis. Ita breviter perſtrigenda curavimus,quæ ipſe latè cõtra noſtram expoſitionem adducit.

Nihilominus tamen vera eſt noſtra aſſertio, & firma noſtra declaratio. Primo enim reſpondemus, dictionem illam *Quantacumque*, illam recipere reſtrictionem; vt accipiatur ita. Quantacumque ratione loci exemptio competat,quia in aliis nõ poteſt admitti,vt ſuperiori cap. oſtendimus, & ampliſsima verba iuris accipiunt interpretationem,vt optime in.l. Divus Traianus de teſta. milit. vbi Bart. Alex. Conſil. 33. viſo thema. numer. 1. vol. 1. Et idemmet Innocentius, qui hæc generaliſsima verba protulit,ſtatim in eademmet cõſtitutione. §. In eos,in nõ adeò generaliſsimis verbis limitavit, reſtrinxit, & explicuit, vt ſatis liqueret, non ita illa verba accipi debere, vt etiam perſonale comprehenderent privilegium, vt modo contenditur. 2

Nõ etiã obſtat quod ſecũdo opponitur loco ſcilicet Inutilem prorſus ex huiuſmodi declaratione remanere illam conſtitutionem, & id definire,ſupervacaneũ eſſe,quoniam reſpondetur non ita ſe res habere. Cum enim priviligiati ex illa forma contenderent ſe propter privilegii ampla verba ab ordinarii eximi iuriſdictione, in quovis crimine, contractu, vel re,in quovis loco ſita;& ordinarii deluderent iuriſdictionem, Cõcili 3

cilii generalis declaratione opus fuit, ut lites & cõtroversiæ sopirentur, sicut &, c. Privilegium de verborũ significa. lib.6. fuit necessarium. Multorũ, postquam fuere constituta, vtilitatem & necessitatẽ ignoramus. quia constituendi, vel vtilitas, vel necessitas non perseverat, quæ tamen fuere, & vtilia valde, vel necessaria, nec propterea hodie sperni, vel contemni debẽt. Optimè Albericus in.l. non omnium. ff. de legibus, & si lubet perlege Auli Gellii noctium Attic. cap. 1. lib. 20. cuius non omittam illa verba. *Non enim profectò ignoras legum opportunitates, & medelas pro temporum moribus, & pro rerũ publicarum generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est fervoribus, mutari, atque flecti, neque uno statu consistere, quin ut facies cæli, & maris, ita rerum atque fortunæ tempestatibus varientur.* Sed hodie etiam illius constitutionis vtilitas, & necessitas proculdubio apparebit, vbi à Sede Apostolica aliquibus simile privilegium concederetur, neque huius rei dijudicandæ norma ex his tantum, quæ Hispali eveniunt, capi debet, sed ex toto Christiano orbe, & ex iis, quæ à Sede Apostolica conceduntur. Alioquin multa sanctissimè, & valdè necessariè à S. Concilio decreta, essent inutilia, si solã Hispalẽsem respicias diœcesim, in qua illa nunquam locum habebunt. Cum igitur verba exẽptionis essent ampla, merito dubitari poterat, an quovis casu eximerentur, sed iure optimo Concilium limitavit, quia illa exemptio potius locum, quam personas respiciebat, vt in exẽplo adducto à glossa ibi verbo, nũquid, quod Anglicus Bononiæ possit conveniri ratione delicti, uel contractus, vel rei sitæ, licet alias non sit illius territorii

torii. At vero quando exemptio primario conceditur personis respectu certi ordinis, nullo habito respectu ad locum, sicut Clerici respectu fori laicalis nullibi possunt coram secularibus iudicibus conveniri, nec ratione delicti, nec contractus, nec rei sitæ, ita & eodem modo Regulares, quibus exemptionis privilegium ostendimus personis concessum respectu ordinis Religiosi, unde ad loca derivatur, & non è contra, sicut in cap. Volentes, in quo privilegium loci extenditur ad personas, sed declaratur, dũ delinquunt contrahunt, vel res est in loco exempto. Constatq; necessario agere de huiusmodi loci exemptione.

Minimè item obstat, quod objicit de variis Doctoribus, ut de Archidiaconi, Franchi, & Geminiani authoritate, qui de generali, & plena exemptione, cap. Volentes, intelligunt. Respõdemus enim, Doctores hos nostram neutiquam impugnare sententiam, quatenus nos cum Butrio, & aliis inter exemptionem loco concessam, & illam, quæ personæ conceditur, distinximus: Sed ipsi absolute protulerunt privilegium plenæ exemptionis quantumcumque latum nõ includere illos tres casus, quæ verba sunt Innocentii, & nos itidem affirmamus; sed ita demum, si id privilegium quantumcumque amplum sit solum loco concessum, & eius respectu personis; & quod ipsi indistincte dixerunt, nos cum distinctione admittimus. Neque quod de sua declaratione non dubitent, neque in contrarium nullum allegent, sequitur quidquam, quod præfatæ distinctionis veritati noceat. 4

Panormitanus quidem nullo modo contra nos adduci potest. Quoniam duplici loco pro nobis stat. 5

At vero in.cap.fina. numero.11. de foro competenti, nihil contra hanc noſtram diſtinctionem dixit, ſed cũ Antonii de Butrio retuliſſet ſententiã, & illud, quod Butrius ait, etiam propter delictum exẽptos perdere privilegium, adiecit hæc verba; *Adverte tamen diligẽter, quod licet prima fronte hoc dictum D. Anton. Videatur verum, tamen poſſet inſtari, quia in. §. In eos per eum allegatus, &c.* Et argumentum proſequitur nõ adverſus illam loci, & perſonæ exemptionem, ſed in eo quod inducit. §. In eos. ad hoc quod nõ amittatur privilegium propter delictum, & eius argumentatio, & Felini, ibi, numero.5. & Decii, in.d. cap. Tuarum, de privileg. numer.44. facile corruit, cum argumentum ſumant ex cap. Volentes, ad illam quæſtionem, quam ibi diſputant, utrum per delictum exemptio amittatur, nullumque ex eo capite poſsit ſumi argumentum, Non enim Ordinarius exemptos, extra locum exemptum delinquentes, punit, quod amiſerint privilegiũ, ſed quia ille caſus privilegio non comprehenditur; Conveniuntur enim etiam propter contractum extra locum exemptum initum ſimiliter, non quia amittunt privilegiũ, ſed quia verbis privilegii id non contineri declaravit Innocentius; & ita conſtat valde abſurde eam conſtitutionem in conſequentiam trahi ad eam quæſtionem, & item argumentatur contra privilegia cõceſſa, ratione loci, & perſonarum. quaſi ea diſtinctio iure non probetur, cum tamen oſtenderimus contrarium ſupra, cap.2.numer.19. Propoſuit itaque argumentum, nihilque in eo ſtatuit, poſtea tamen in d.cap.ad abolẽdam, eam diſtinctionem ſine ulla controverſia admittit, cũ tamen ibi mentionẽ faciat eorũ,

quæ

quæ in, d. cap.final. dixerat, & item in, cap. Tuarum de privilegiis.

Quod si aliqua esset in eius opinione contrarietas, ultimæ sententiæ standum est, ut optimè asserit Romanus, consilio. 327. numero. 8. Vbi Mandosius plures in eam refert sententiam, & utiq; Abbas post cap.final. de foro compotenti. scripsit in cap. ad abolendam, & cap. Tuarum, de privilegiis, & utrobiq; eã distinctionem admisit. 6

Quod attinet ad Felinum, & Deciũ, iam supra eorum sententiam aperuimus, cap. 3. numero. 17. in fine. 7

Navarrus verò neutiquam de interpretatione cap. Volentes, egit, unde ipsemet D. Doctor Leyva illum impugnat ad. 8. fol. 18. Quod verò dixerit, cap. Volentes, in Mendicantium privilegiis derogatum, non in eo nostrã impugnat sententiã, sed quod sine cõtroversia est, asserit, sicut, & nos cap. secundo fecimus, qui tamen hanc distinctionem admittimus, nec contrariam asserimus. 8

Sylvestri verba sunt, numero. 4. verbo exemptio. *Tertiò quæritur quæ differentia sit, inter exemptionem datam ratione loci, & ratione personæ? Et dicit Panormitan. in cap. Tuarum de privileg. quòd quando exemptiò datur ratione loci, puta Ecclesiæ, vel Monasterii, in istis locum habet. cap. 1. de privileg. lib. 6. Quod ratione delicti, &c. Quãdo vero datur exemptio ratione personæ, & non loci, ut in privilegio concesso Capellanis, & familiaribus Papæ, de talibus non habet locum d. cap. 1.* Et latè prosequitur, & hoc idem manifeste asserit, numero. 10. Ibi. *Vtrum exempti conveniri poßint, coram Ordinario ratione loci.* 9

Vides agere de exemptis ratione loci, & non personæ, quòd verò ab ea regula exceperit Prædicatores, & alios, quod fuerint ita exempti, quod ratione delicti, vel contractus, vel rei sitæ conveniri nõ possint, potiùs in his, privilegium id continens, respexit, quã quod voluerit distinctionem à se superiori loco positam, & admissam destruere. Et inde sumi non potest argumentum.

31 Neque etiam quidquam impedit contra nostram sententiam adductum, quod ab omnibus accepta videatur in altero sensu: præcipuè, cùm Regulares omnes illius derogationem à Sede Apostolica impetrarunt, ne suis noceret privilegiis. Frustraque precibus impetraretur, quod iure communi esset concessum. l. 1. ad Municipalem. Quoniam Respondemus, debilissimum esse id argumentum, cũ frequentissimè petantur, iure communi concessa, utilitatis causa, ad dubia tollenda; Et melius sibi consultum existimarunt Regulares, id à Romani Pontificis benignitate postulare, quam Ordinarii relinquere arbitrio, vel humanitati. Neque propter huiusmodi impetrationes aliquid sibi Regulares prẹiudicii intulerunt; cum suis rebus prudenter consulerent, & cum specialiter expressa minorem habeant dubitationem, & sint efficaciora. l. sed & si quis. §. Quæsitũ. ff. Si quis cautionibus. cap. Si adversus. de hæretic. Et quòd huiusmodi privilegia non noceant, neq; quidquam in contrarium probent, sed optime iure communi concessa, impetrari docet Decius, consil. 197. numer. 3. vers. Non obstat. optime Sylvester verbo Privilegium, numero. 4. Navarrus, consil. 48. numer. 5. de Regularibus libr. 3. in edi-

editione Lugdunen. Francis. Becius, consilio. 55. numero. 8. Quod quidem indubitatum videtur, quia id apertè indicant illa Sixti IIII. Verba. *Et ne prætextu Constitutionis Innocentii IIII. prædecessoris nostri, quæ incipit Volentes, locorum Diœcesani, & alii Ordinarii, ac alii quicumque in personas, & loca Fratrum Prædicatorum, contra eiusdem Gregorii prædecessoris ordinationem sibi quamcumque iurisdictionem, & superioritatem vendicare præsumant, &c.* Quæ planè significant illud quæsito colore, non autem iustè, vel iuridicè prætendi, illam constitutionem ad personas plenè exemptas pertinere. 12

Ne quidquam sufragatur, quod ex Geminiano, & reliquis Doctoribus Bononiensi. affertur, quoad privilegium Cistersiensum. Respondemus namq; oportere scire, Cistersienses nullam, aut exiguam habuisse exemptionem, à lege iurisdictionis, ut testatur Hostiensis in cap. Recepimus, numer. 1. de privilegiis, & Henrricus Boich in cap. Tuarum, numer. 5. Eodem titulo. Vnde satis constat, quod si eorum privilegia principaliter Monasteria, & non personas eximebant, non ideò, quod Innocentius concesisset, ne constitutio, c. Volentes. in nullo eorum privilegiis derogaret, optimè Gemini. & Doctores Bononienses, responderunt, nihilominus Cistersiēses in tribus illis casibus coram locorum Ordinariis conveniendos, quia illa concesio nihil illis conferebat, cum dicta constitutio, non eorum privilegiis derogabat, sed illa declarabat, cum, ut diximus, cap. 3. numer. 20. illa constitutio solum privilegia declaravit ratione loci concessa. Vnde optimè id explicuit Francus, Ibi; *Si ergo*, (inquit) 13

*Papa dicat, Concedimus quod ista decretalis in nullo deroget privilegiis, bene dicit (scilicet Geminianus quia illa privilegia nõ includebant illos tres casus,* hoc supposito omnes Geminiani subscribemus sententiæ, & nova concessio nil illis contulit. Vnde in antiquo statu privilegia remanserunt. Et ita id, quod in eis dicitur, minimè ad consequentiam trahi debet.

14 Quod attinet ad D. Didacum Covarruvias à Leyva, qui à D. Doctore Hieronymo de Leyva impugnatur, quasi falso pro sua sententia adduxerit Antoni. de Butrio, Respondemus, virum illum doctissimum, qui maximum in iuris peritia universæ Hispaniæ decus attulit, & ornamentum, diligenter in ea quæstione fuisse versatum, & minime aberrasse in Butrii sententia referenda, sicuti nec alii Doctores, qui eius meminere, præcipuè Abbas Panormitanus, Alexander de Nevo in additione, Felinus, & Decius ubi supra, cap. 3. numero. 17. adduxerunt, ita ut si in suo libro D. Doctor Leyva non invenisset, crederet in aliis adesse. Sed iam Butrii verba referamus in. d. cap. fina. sub num. 7. de foro competenti; *Quoddam* (inquit) *est privilegium eximens personam respectu certæ speciei iudicum, & si eximit transferendo in superiorem simpliciter, & non respectu certi loci, adhuc non cessat privilegium per delictum, ut in habente privilegium, ne posit ab inferiori iudicari, ut patet de privileg. cap. 1. libr. 6. Vt in istis Capella. Papæ. Quoddam est privilegium eximens personam respectu certi loci ab una specie iudicum, & transferendo, in superiorem; & quatenus in alio loco delinquit, perdit privilegiũ, de privileg. cap. 1. lib. 6.* Idemmet Antonius de Butrio id magis explicuit, in, cap. Tuarum, numer. 19. in fin.

de

de privileg. *Considera,* (inquit) *privilegium, quia si concernit personam, ut quia eximit personam, nō respectu certi loci, & tunc ubilibet iste delinquat, nō punitur a suo Diœcesano, quia alias privilegium semper esset inutile. l. 3. C. Vbi Senator. vel clarissi. cap. 1. Infra eodem libr. 6. Si verò concedatur privilegium respectu certi loci, tunc serva distinctionem Glossæ hic in final. positam, quia si delinquat in loco tantùm, ita quod effectus delicti non se extendat extra locum, non punitur à Diœcesano, &c. Ex his habetis quid operētur privilegia Capellanis Papæ, vel aliis cruciferis, & indubitanter istæ exemptiones non sunt bonæ, sed meum non est providere, Provideat Vicarius Dei, cuius est, & ideò isti Mendicantes nunquam servant aliquid Parrochianis, &c. Et non potest de facili haberi recursus ad Papam.* Vides Butrii distinctionem, quam quidem Panormitanus sequitur, qui quidem Antonius de Butrio sicut exemplum posuit in privilegio personali in Capellanis Papæ, ita etiam in Mendicantibus, qui & personale ratione Religionis, habēt privilegium, & in locis inhabitant exemptis.

Vnde patet illam, quam Panormitani sentētiæ Doctor Leyva exhibet declarationem, omnino alienam à mente Panormitani esse, & nullo iure subsistere. 15
*Noluit,* (inquit) *dictam constitutionem non comprehendere eas, quæ simul locis, & personis sunt concessæ, quales sunt quæ Regularibus conceduntur, sed solum eas, quæ sunt merè personales, excludere, & localem exemptionem tanquam conditionem, sine qua non, requiri.* Negat itaque ubi simul loci, & personæ concurrat exemptio, locum esse Panormitani sententiæ, quā admittit in merè personali, ut patet fol. 16. ad 6. Vbi verò sit mixta, id est,

localis, & perſonalis locum habere. cap. Volentes. Hoc, ut dixi, alieniſsimum à mente eſt Panormitani, qui Butrium ſequitur, & Butrius de Mendicantibus egit, tum etiam exempla, ut noſtri dicunt, non arctant Regulam, neque quod in Capellanis Papæ exemptũ poſuerit, excludit Regulares, qui perſonalem exemptionem ampliſsimam habent, illis ſpecialiter ratione Religionis, nullo habito reſpectu ad locum, cõceſſam, quæ merè perſonales, ut ipſe ait, ſunt. Quod ſi forte concedamus Regularium exemptionem ſimul, & loci eſſe, & principaliter perſonę, abſurdum omnino eſſet, & contra omnes iuris Regulas arbitrari, quod Panormitanus exiſtimaverit, quod ſi in uno homine, & privilegium perſonale, & loci, cõcurreret, tunc locum habere, cap. 1. in principio de privileg. in, 6. Quis enim affirmet, quod privilegium perſonale amplum
26 limittetur propter locale. Vt ſi homo nobilis, qui ab omni vectigali eſt immunis ex nobilitatis privilegio, ſi in civitate libera naſcatur, quæ etiam ex privilegio locali ſit immunis, ſi ad ſtipendiariam accedat, vectigal perſolvere cogatur, quia inquiunt, tuum privilegium, & locale, & perſonale eſt, & cum à loco receſſeris, non eo frui, vel gaudere debes, nemo ſanè dixerit, ita nec in hac ſpecie.
27 Quoniam vbi duo privilegia, vel duæ actiones, ſive exceptiones ſimul competunt, minimè una propter aliam eliditur, immo ſi una amittitur, altera competit. l. Emancipatum. ſ. Vlti. de Senatori. l. 3. de interdic. & releg. optimus. text. in. l. Si domus ubi Bart. de ſervitu. Vrba. l. Miles. ſ. ſexaginta ad. l. Iul. de adult. Decius in. cap. Paſtoralis, numer. 16. de excep. Contra Patris teſtamentum ſubſtitutio-

ſtitutionem pupillarem facientis, nõ datur matri quærela inofficioſi, ſed neque filio, quia Patris, & pupilli ſuſtinet perſonam. l. Papinianus. §. Sed neque impuberis de inofficio. teſta. & quod dicitur, digniora trahere ad ſe ea, quæ ſunt minus digna. l. Quæ Religioſis de re vendicat. Ita in re communi maior utitur privilegio minoris, qui eandem rem cum maiore habet indiviſam, & cõmunem. l. Si cõmunem, quem ad ſer. amitt.

Quod ſi locale privilegium cum perſonali in Religioſis concurreret, quod non admittimus, utique id eſſet, ut Regularibus magis eſſet conſultum, profecto nulla iuris ratio, aut benignitatis æquitas patitur, ut quæ pro illorum utilitate introducũtur, duriore interpretatione in eorum incommodum vertãtur. l. nulla de legibus. l. Quod favore C. Eodem. Et quæ in augmentum diſponuntur, non poſſunt diminutionem operari. l. Nec è contra. l. Legata inutiliter. ff. de adimendis legatis. Hæc ſufficiant, ut ſatis conſtet nullo modo dici poſſe perſonale privilegium, ſi concurrat ſimul cum locali, illud ab hoc limitari. Sed nos verſamur, ubi exemptio univerſæ Religioni, & eius perſonis conceditur; quæ quidem favorabilior eſt reliquis, ut notavit Ancarranus, in. d. cap. Ne aliqui. de privileg. in. 6. 18

*Omnimoda Regularium exemptio ex aliis Sacri Concilii Tridentini locis comprobatur.*

Cap. V.

DIXIMVS capitis tertii initio, Regularium privilegia à Sacro Concilio Tridentino fuiſſe cõfirmata,

mata, & approbata, idque iam ex uno ostendimus decreto, modo id ex aliis confirmare volumus. Idque erit ex.cap.5. sesion.14. Vbi cum statuissent Sanctis-
1 simi Patres, Conservatorias nonnullis concessas, etiã si Capitula fuerint, nullo modo illis suffragari ad hoc, ut coram suo Episcopo, sive alio superiore in criminalibus, & mixtis causis accusari, & conveniri posint, & in civilibus causis, si actores extiterint, aliquem coram Conservatore in iudicium trahere minime licere, cumq; alias limitationes literis Conservatoriis imposuissent, de quibus nos late.3.part.cap.4.numer.13. Tandem his verbis concludunt, *Vniversitates autem Generales, ac Collegia Doctorum, seu scholarium, & regularia loca, nec non hospitalia, actu hospitalitatem servantia, ac universitatum, Collegiorum, locorum & hospitalium huiusmodi personæ in præsenti canone minimè comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, & esse intelligantur.* Quæ verba maximè perpendere oportet, cùm enim initio de nonnullis exemptis egisset, in fine Regulares personas in eo canone non comprehendi asseritur, & firmãte exceptione regulam in contrarium, quæ illis prohibentur, his concessa dicuntur. Deinde non solum à Regula excipiuntur, Sed etiam insuper additur per dictionem illam adversativam, Sed, quæ diversitatem & in facto, & in iure inducit. Quod constat, cum præcipiat, non tantùm illo non comprehendi canone; sed etiam imperet, quòd sint omnino exemptæ, & esse intelligantur. Sint, enim imperativi est, & in eo le-
2 gis virtus apparet, quæ imperare est. l. Legis virtus. De legibus, unde ex natura sua eam vim habet, ut ipso iure, vel eximat, vel pœnam incurri denotet, Glossa

verbo relegati alias Lege lata in.l.Amisſione.§. Quid efficiunt. ff. de capitis minut. plures Franciſ. Becius, conſilio. 57. numer. 10. Et eſſe veritatis expreſivam, ut in omni rigore ſumatur, docet Corneus, conſilio. 281. numero. 8. libr. 4. Imperat ergo ut omnino ſint exempti.

Præterea illa dictio; *Omnino*, ita eſt præciſę naturæ, ut univerſaliter omnem caſum comprehendat, & ſignificat penitus, indiſtincte, & totaliter eſſe exemptos.l. Græcè.§. Illud.ff.defide iuſſor.ubi Gloſſa. Gloſſa item, in clementina.1. de vita, & honeſt. Clericorũ Bart.in.l. Si cum exceptione, numero.1. Quod metus cauſa. Craveta, conſil.201.numer.44. Rolandus, conſilio.84. numer.24.vol.1. & conſil.61.num.37.vol.3. Cephalus, conſilio.153.numer.33.vol.2. Ex quo manifeſte conſtat, quidquid aliis exemptis denegaſſet, hoc & Regularibus tribuiſſe; & præterea omnimodã habere exemptionem, ut ſive actores, ſive rei eſſent, ſive cauſæ mercedum, aut miſerabilium perſonarum, ſive cauſæ criminales, ſive mixtæ, ſive in loco exempto, ſive extra, in quocumque, illos exẽptos eſſe omnino, ita ut illi tres caſus ex. cap. Volentes, excepti ad Regulares, & alios non pertinerent. 3

Pro quo eſt, mea quidem ſententia, fortiſsimũ argumentum, ex. §. In eos. cap. Volentes. de privileg. in 6. In quo. §. Ideo Ordinarii cenſuris uti nõ poſſunt adverſus Religioſos ubicumque illi degant, quia in eorum privilegiis cavetur, *Penitus in eos exercere non poſſe*, ut Innocentius IIII. eiuſdem conſtitutionis auctor in commentariis ait, & ſupra retulimus, *Penitus*, *quia ſic ſe habent verba privilegii.* Si igitur ex eis verbis 4

colli-

colligitur omnem casum, & ubicumq; Religiosi degant non posse ab Ordinariis excommunicari, sequitur apertè idem à Concilio Tridentino statui, cum eademmet sit potestas huius dictionis, Omnino, quod dictionis, Penitus, sunt enim inter se convertibiles, cũ eandem prorsus vim, & significationem habeant, Rubrica, & lex prima. C. De Gladiatoribus penitus tollendis lib. 11. l. 1. ait. *Quæ propter omnino gladiatores esse prohibemus.* Alexander in. l. Qui usumfructum, num. 7. de verb. oblig. Docet Paris. consilio, 58. numer. 11. lib. 1. & ex Croto consilio. 32. numero. 20. Gozadino, consil. 25. numer. 9. Ruino, consil. 117. numer. 10. vol. 3. & aliis, probat Rolandus, consilio. 27. à numero. 20. Vsque ad, 25. volum. 5. Menochius de præsump. libr. 4. præsump. 166. numero. 49. & 51. Sicut igitur dictio Penitu, exclusit distinctionem, & exeptionem trium cassuum in. §. In eos. Ita & dictio, Omnino, excludere debet, ut nullo casu, sine ulla restrictione exẽptos esse nec coram Ordinario conueniantur. Ex quo argumento omnino excluditur, quod nonnulli voluerunt, in hoc canone non excludi tres casus, cap. Volentes.

6 Denique illa Verba, *& esse intelligantur.* Significant, iure præsumi illos exemptos esse, vt probat textus, & Glossa in. cap. ex studiis de præsump. l. si pater familias Titium de hered. insti. l. si mulier de rebus dubiis. Menochius de præsump. l. 1. q. 10. nu. 6. &
7 lib. 4. præsump. 35. numer. 11. Vnde sequitur quod cum hæc sit iuris præsumptio, qui contrarium asserit, id probare debeat, l. qui duos §. fi. de rebus dub. Iacobus Simancas in catholicis insti. titul. 50. numer. 6.
8 commendat Menochius de præsump. lib. 1. q. 4. nu. 5.

Et con-

Et consequenter Ordinarium Religiosos communiter viventes, cum sint ex Ordine à Sede Apostolica approbato, in ius vocare non posse, neq; suæ subjici iurisdictioni prætendere, nec illos suam exemptionem probare debere, sed potius Diœcesano incumbere onus probandi, non esse exemptos, quia Concilium Generale Tridentinum præcipit intelligi debere, & præsumi esse exemptos. Quod apertè confirmatur in cap. 11. sesion. 24. de reformatione de quo cap. sequenti.

Huic decreto conatur D. Doctor Leyva, respon- 10
dere; *Non agere dispositivè de Regularium exemptionibus decernendo quanta Regulares exemptione gaudere debent, quia hoc iuris dispositioni reliquit, sed solùm illis verbis declarare voluit, Regularium loca, & personas nō comprehendi in illa Conservatoriarum prohibitione. Quod eo magis constat, quia sub illis verbis, Exempti sint omnino, comprehenduntur aliæ personæ, quæ non habent omnimodā exemptionē. Immo neque Regulares eam habere censentur, cum in pluribus dictū Concilium locorū Ordinariis subiecerit*. Quæ quidem responsio neutiquam satisfacit, con-
stat enim dispositivè Concilium egisse, cum imperan 11
do præceperit, exempti sint, & quantam exemptionem etiam declarasse particula illa præcisa, & universali, *Omnino*, & cum illo decreto, quo de causis criminalibus, mixtis, & civilibus aliorum exēptorum egisset, & de eorum Conservatoribus, Regulares non cōprehendi dixisset, ut ita quidquid aliis prohibitum, eis permissum aperte ostendit. Si autem quod D. Doctor Leyva declarat ita se haberet, satis superque Concilium dixisset, & exposuisset illis verbis, *Huiusmodi*

*personæ in præsenti canone minime cōprehensæ*, Sed quando illa verba adiecit. *Sed exēptæ omnino sint, & esse intelligantur.* Procul dubio aliquid amplius addidit, alioquin superflua, & supervacanea essent, & sicut disponunt, ne illo canone comprehendantur, ita etiam, ut sint exempti omnino. Sub uno enim, eodemque verbo, *Sint.* Vtraque oratio terminatur, ut & minime comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, & sicut illud per imperativum præcipitur, ita & hoc, & illud; *Et esse intelligantur.* Et planè demonstrant totum id, quod aliis exemptis adimitur, id Regularibus concedi, cuius quidē velut dispositionis ratio adjicitur, prçcipiendo, ut exempti omnino sint, & esse intelligantur. Neque verba Sacri Concilii quasi oscitanter dicta accipere debemus, cùm omnia in eo scripta ad amusim examinata, & perpensa exactissimè credere debeamus, & nullo modo parvi pendere.

12 Et idem dicēdum de Vniversitatibus, Collegiis, & Hospitalibus authoritate Apostolica erectis, quæ proculdubio omnimoda etiam, sicut Regulares, utuntur exemptione. Omnimodaquè dicitur, quoniã in nullo directò subjiciuntur Episcopis, sed vel in defectum, quod à suis Superioribus non puniantur, vel in aliis tanquam delegatis à Sede Apostolica, vel quod ipsi Regulares velint Sacramenta administrare, quæ cum directé Pastori conveniant, non expedit alienas oves regere eo invito, & inscio pasci.

13 Hæc itaque minimè impediunt, quominus omnino exempti dicantur, sicut enim, Imperator in temporalibus dicitur rectè, neminem superiorem agnoscere, cum tamen Romano subdatur Pontifici, qui quidem

quidem indirecte temporalem iurisdictionem habet plenissimam, quatenus ea necessaria est ad spiritualis utiliorem, & faciliorem administrationem, cap. Novit, de iudiciis, Navarrus ibi notabili. 3. nume. 39. Covarruvias in reg. peccatum. 2. part. §. 9. numero. 7. Simancas in Catholic. inst. titul. 45. numero. 25. Illustrissimus Cardinal. Belarm. libr. 5. de Romano Pontific. cap. 4. &. 5. Itaque sicut ex eo, quod in hoc, Summo Pontifici licet Imperia transferre, Regnis privare, & alia temporalia exercere, & nemo sanè dixerit, in temporalibus Imperatorem Superiorem recognoscere; ita similiter in Regularibus in cõparatione Episcoporum, omnino exempti dicuntur recte, & propriè, quia generaliter, absolutè, & directe, ab eorum eximuntur iurisdictione; in aliis verò casibus, qui paucissimi sunt, nõ directò, nec absolutè, ut diximus, subduntur, & tunc proculdubio impropriè dicerentur omnino exempti à Concilio, si in tribus casibus, cap. Volentes, coram locorum Ordinariis directo conveniri possent.

---

*In Superioris sententiæ comprobationem Sacri Concilii Tridentini duo afferuntur canones.*

Cap. VI.

1 SACRI Concilii Tridentini duo decreta hoc capite adducimus, ex quibus etiam ostenditur, Regularium omnimodam exẽptionem fuisse à Sanctis Patribus admissam, & confirmatam; Verum namq; oportet consonare vero, & inter se convenire.

Primum

Primum est.cap.11.sessione.24.de reformatione, quo cum omnes singulares titulis honorariis, Protonotariatus, Acolytatus, & aliis titulis insignitos, nec non alios cuicumque Monasterio oblatos, vel aliis privilegiis exẽptos statuisset, ut nihil ex his privilegiis, detractum esse Ordinariis intelligeretur, quominus ipsi Ordinariis tanquã Sedis Apostolicæ delegatis, plenè in omnibus subjicerentur, adiecit. *Exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis actu serviunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt, sive iis, qui legitimè secundum Regulam earundem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario cõstare debeat.* Vides quantum Regulares exempti sint ab Ordinarii iurisdictione, ut oblati, & Monasteriis quomodocumque addicti, si actu serviant, & intra Monasterii septa degant, & sub obediẽtia vivant, plenè eximuntur, ut neque tanquam Sedis Apostolicæ delegati, Ordinarii de eorum causis habeant cognitionem. Tum etiam extra Monasterium degentes, non simpliciter Ordinariis subjiciuntur, sed ut Sedis Apostolicæ delegatis. Præterea ex Concilii dispositione huiusmodi approbari exemptionem, ut nullo modo opus sit privilegia ostendere, sed se oblatum, vel Monasterio addictum probare, ut Ordinarius ab eorum causis excludatur; sicut enim militibus, qui extra Militiarum domos versantur, solùm sufficit, ut Ordinario constet, illos iuxta militiæ Regulas professionem emisisse, ut ab Ordinarii iurisdictione eximantur; & non exigit privilegia ostendi, sed id solùm, professionem fecisse, ita multò magis in oblatis, in quibus nil aliud postulat, quam illas conditiones. Vnde sequitur, magis,

magis, ac magis Religiosis, quibus hi serviunt, & propter quos illis exemptio provenit, exemptionem cõpetere, & ab Ordinariorum eximi iurisdictione, absq; ulla privilegiorum ostensione. De oblatis, & servientibus egit optime D. Covarruvias, in cap. Alma mater. 2. parte. §. 2. numer. 8. de sententia excommuni. libr. 6.

3 Secundum est, cap. 14. session. 25. de regul. *Regularis* (inquit) *non subditus Episcopo, qui intra claustra Monasterii degit, & extra ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum severè puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minùs, a suo Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri poßit.* Quod evidentissime probat, cap. Volentes, ad Regulares exemptos ratione personæ & Religionis, non pertinere, quoniam ea constitutione, extra locum exemptum delinquentes, ab Ordinario puniuntur, sed ex Cõcilio minimè, sed à suis Superioribus, ergo cõstat Cõcilium intellexisse, cap. Illud Regulares non comprehendere exemptos ratione personæ.

4 Probatur apertè, quia ut D. Doctor Leyva contendit ex vi capituli Volentes, à Concilio innovati, Regulares non minus subjiciuntur Ordinario ratione cõtractus, & rei sitæ extra locum exemptum, quàm ratione delicti commissi etiam extra locum exemptũ; sed per. d. cap. 14. session. 25. de regul. statuitur, ut Regularis delinquens extra claustra ita notoriè, ut populo sit scandalo, puniatur à suo superiore, & non ab Ordinario, nisi Superior ab Ordinario requisitus punire neglexerit, ergo Regulares sicut non subjiciuntur

Ordinario, quoad delicta extra locum exemptum cõmissa, sic nec ratione cõtractus, nec rei sitæ. Hi enim
5 tres casus omnino exæquati sunt in. d. cap. Volentes, ita ut quod in uno disponitur, in aliis etiam disponi sit necessarium. l. 1. Cum ibi notatis, delegat. 1. Optimè & latè Decius in cap. translata, numero. 3. de constitutionibus. Parisius consili. 22. nume. 5. lib. 4. Et quæ identitas iuris nectit, iuris dispositione non sunt separanda. l. Illud. ad. l. Aquil. Everard. in loco á simili. Nullaque maior ratio tradi potest, propter quam in delictis eximantur, quàm in civilibus, cũ facilius multo in his exemptio concedatur, quàm in illis, ut patet ex Concil. d. cap. 5. de reformat. sessio. 14. & ex. l. 2. C. de privileg. Schol. libr. 12. Et ubi maius conceditur, minus concessum esse videtur, cap. ex parte. 27. de decimis. Præterea, tria Concilium requirit, ut Regula-
7 ris ab Ordinario puniri posit. Primo ut delictum sit notorium, 2. cum populi scandalo, 3. ut moneatur Superior, & is punire negligat; Igitur ubi ea desunt, etsi Regularis extra locum exemptum delinquat, nullo modo Ordinarius poterit eum punire; & consequenter, cap. Volentes, & eius innovatio ad Regulares nõ pertinet.

Quod si nostra non admittatur declaratio, iam fa-
8 teri oportebit, d. cap. 14. sesione. 25. Corrigere, cap. Volentes, & eius innovationẽ. Atqui iurium correctio omnino vitanda est, cap. Cum expediat de electione, libr. 6. Et illa rectior, & melior est declaratio, quæ iurium evitat correctionem. Vide Iasson. in. l. Omnes populi, numer. 62. de iustit. & iure. Covarruvias, lib. 3. Varia. cap. 6. numero. 4. Sarmiento, libr. 1. Selecta.

Selecta.cap.12.nume.5. Cephalus,consil.623. à num. 2.lib.5. Alios omitto.

9 Respondet Dominus Doctor Leyva. *Regulares in criminibus extra loca exempta commissis, non esse exemptos à iurisdictione Ordinaria, ut docet. d.Innocent.constitutio, & praxis ipsa, quia quotidie videmus Regulares in dictis criminibus mandante Episcopo à suis Superioribus puniri, & in defectum talis debitæ punitionis, Ordinarii immediatè eos castigant. Qui exempti dici non possunt, stante ista in eos penes Ordinarios iurisdictione, quia quod fit ad instantiã, & mandatũ Ordinarii, ab ipso factum censetur, per text.in l.1.vers.Omnia.C.de veteri iure enucl.cap.Eum qui de præb.libr.6. * Concil.autem Tridentin.in cap.14.sessione.25. de regul. modum præbuit exequendi dictam Ordinariam iurisdictionem in Regulares in d.Innocentii constitutione contentam, eorum statui congruentiorem, ad evitanda scandala, quæ populo de publicis eorum punitionibus, & processibus oriri possent. Et quod. d. concil. in. d. cap. 14. sesion.25. Illud decreverit in favorem Regularium, modificans dict. executionem iurisdictionis Ordinariæ, & non in favorem dict. Ordinariæ iurisdictionis, cõstat, ex eo quod, quando dict. Concilium aliquid disponit in favorem Ordinariorum contra Regulares, semper ponit in fine decreti, non obstantiam privilegiorum, dict. Regularium. Quod non facit in d.cap.14. sesion.25.* Hanc quidem Concilii interpretationẽ aurificis statera, nos examinare oportet.

* Voluit citare.c.hi qui.

10 Primò, quidem illud non admittimus, immo ut improbabile rejicimus, id quod fit aliquo instante, ex eius iurisdictione provenire; potius enim inde colligitur iurisdictionem non habere Ordinariam cùm illi

post instantiam,& monitionem ex devolutione,& alterius negligentia committatur; Alioquin si iure ordinario illi competeret, nullo modo illa requisitio, & alterius negligentia esset necessaria, sed per se efficere posset. Multis id exemplis comprobari potest. 1.
11 ex cap. 1. De supplen. negl. præl. In quo conceditur Abbatibus alios benedicere Abbates, si Episcopus tertio requisitus non benedixerit; quod constat iure ordinario non competere, sed iuris ministerio, ut negligentia suppleatur Episcoporum, illis conceditur.
12 Item Archiepiscopus cum suffraganei Diœcesim visitare queat, quia tamen in subditos suffraganei nullã habet iurisdictionem. cap. Pastoralis, in principio de officio Ordin. ubi Glossa,& Doctores. cap. 1. de foro competent. in. 6. Inde est, quòd infamia orta de aliquo delicto, ipse Archiepiscopus non inquirat, sed denuntiet Episcopo, ut ipse inquisitionẽ faciat. cap. Romana, §. sanè. de censibus lib. 6. De quo Felinus, in. d. c. Pastoralis, numer. 6. Covarruvias, in practic. cap. 9. numer. 2. Quæ admonitio arguit defectum iurisdictionis in Archiepiscopo, & iurisdictionem penes Episcopum esse, & Episcopo existente in negligentia puniet Archiepiscopus; non quia habet iurisdictionem Ordinariam in suffraganei subditos, sed quia in eo casu à iure illi conceditur specialiter. Idem Archiepiscopus eadem ratione propter negligentiam capituli Sede vacante, visitatorem constituit; cum sit notissimi iuris, capitulum tunc iurisdictionem habere, & nõ Archiepiscopum. cap. Ecclesiæ, de supplend. neglig. præ. ubi Glossa, verbo, non potest. Aliud exemplum in cap. ad reprimedam, de potest. iudic. ord. aliud in

Sancto

Sancto Concili. Tridentin. sesion.25.de regul. cap.8. Et passim alia in iure occurrent.

Sic igitur Episcopus in delictis notoriis à Regularibus extra claustra commissis nullam habet iurisdictionem, nec alicui delegat, neque Superior, quòd ab Ordinario requiratur, illius authoritate, vel iurisdictione punit, sed propria; sicut quando in eodem delicto publico sine ulla requisitione puniret, sicut potest, & in non scandaloso etiam punit, in quo nō potest requirere Episcopus, ita ut ad eum pertineat punire. Igitur non ex requisitione, vel mandato constat Episcopum iurisdictionem habere; illa tamen illi conceditur specialiter, ubi Superior fuerit negligens. Quod si ex requisitione admitteremus iurisdictionem competere, iam popularis homo in criminibus publicis iurisdictionem haberet, ut pote cui conceditur, ut illo instante delinquens à Magistratu puniatur. In principio inst. de publicis iudiciis. Item quilibet Iudex in territorio alieno iurisdictionē haberet, contra.l. final. de iurisdictio. & contra clementinā Pastoralis.§. desiperet. de re iudic. Quia ad illius requisitionem Iudex territorii reum citat, & alia iurisdictionis exercet.l. à Divo Pio.§. Sententia. de re iudica. Covarruvias, in practic. cap.10. numero.7.& cap.11. Tunc demum, *Omnia nostra facimus, cum ex nobis omnis eis impartietur auctoritas*: ut ait d.l.1.vers.omnia. C.de veteri iur.enu. quā adducit, quādo Regularis Superior sibi subditum ex Episcopi auctoritate puniret; quod probare debuerat, & nullo modo probat. 13

Irrefragabiliter nostra sententia probatur; nam si Regularis in Monasterio degens extra illud delictum 14

committat, non tamen notoriè, neque cum scandalo, nunquid ab Ordinario puniri poterit? is casus Concilio Tridentino non est comprehensus, iure communi debet definiri. Et ita ex capit. Volentes, innovato, (ex sententia D. Doctoris Leyvæ) Ordinarius puniet. Quis hoc admittet? ut in crimine notorio, & scandaloso Superior Regularis puniat, & tunc demum Episcopus, si requisitus fuerit negligens Superior; At verò sine ulla requisitione, vel negligentia, in casu longe inferiore statim punire valeat Episcopus? Quod si hoc non concedit, ut necessario cōcedere non debet, tenetur etiam fateri, cap. Volentes, ad Regulares non pertinere, & præterea Concilium Tridentin. non limitare Ordinariorum potestatem, sed potiùs modificare Regularium exemptionem, ut iam dicemus.

15 Denique id comprobatur ex Sancto Concili. Tridentin. sesion. 6. cap. 3. de reformat. Vbi. *Nemo secularis Clericus cuiusvis personalis, vel Regularis extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis privilegii prætextu, tutus censeatur, quominus si deliquerit ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato secundũ canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat.* Ergo Regularis extra claustra degens ab Ordinario punitur, non iurisdictione Ordinaria, sed à Sede Apostolica delegata; & intra claustra degens puniri debet Ordinaria? Quod omnino absurdum videtur; sed in eo, qui intra claustra degit, Ordinariam iurisdictionẽ habet Monasterii Superior; quo requisito, & negligente, agnoscimus iuris Ministerium, quod iurisdictionem in eo casu Episcopo concedit, ut posit Regularem punire, & Superioris supplere negligentiam,

ne

ne delicta notoria, & scandalosa maneant impunita, in quo res publica maxime læditur. In eo verò, qui extra claustra degit delegata Episcopo tribuitur, ut semper visitare, punire & corrigere valeat.

Quòd verò D. D. asserit, Concilium tribuisse modum congruentiorẽ, ut sine scandalo punirentur Regulares. Admittimus quidem; sed ipse nobis vicissim concedat, id Ordinarii iurisdictioni attributum, & Regularium fuisse exemptioni detractum; & non è contra, ut D. Doctor in sua responsione affirmat. Nostra enim sententia, quod in eo Regularium derogetur exemptioni, & Ordinarii fuerit iurisdictio aucta, constat manifestè. Primò, quoniam ex contraria sententia sequeretur à Concilio Tridentino in hoc capite Concilium generale Lugdunense, in dicto cap. Volentes, corrigi, ut nos supra ostendimus; & id omnino verisimile non est, tum præcipuè cum ab ipsomet Concilio fuerit innovatum, tum etiam, quia ubicumque Concilium Tridentinum modificat, vel limitat id, quod alias statuerat, vel decreverat, semper prioris canonis mentionem facit, ut videre licet, session. 14. de reformation. cap. 2. & cap. 4. cap. 5. cap. 9. & session. 23. de reformatione, cap. 1. & cap. 10. & session. 24. de reformation. cap. 1. cap. 4. cap. 5. cap. 9. cap. 13. & cap. 21. & alibi sæpe. Vnde si quod innovaverat ex Concilio Ludugnensi. d. sessione. 7. cap. 14. In hoc limitaret, proculdubio illius capitis mentionẽ fecisset. 16

Deinde id ex alio capite fieri oportebat; quoniã secundùm D. Doctorẽ Leyvã, (ut infra cap. 8. dicemus) ut Concilio Generali derogetur, necessaria est illius 17

ſpecifica mentio, quo potiſsimo argumento nititur, ut Regularium evertat exemptionẽ, quia in privilegiis Sancto Concilio Tridentino non derogatur; Igitur aut dicere oportet, eo capite Concilio Lugdunenſi nõ derogari, quia nihil in eo ſtatuitur contra illud, aut ſi contra illud ſtatuitur, decretũ non valere, nulliusq; roboris exiſtere. Quod nemo ſanè dixerit.

18 Tandem quia, quod ſimili contra nos utatur argumento in ſua reſponſione ſcilicet; *Quia quando dictum Concilium aliquid diſponit in favorem Ordinariorum contra Regulares ſemper ponit in fine decreti, non obſtantiam privilegiorũ dictorũ Regularium, quod non facit d. cap. 14. ſeſsion.* 25. Reſpondemus namque, imo adeſſe illam clauſulam, per quam Regularium privilegiis derogetur. Animadvertere enim oportet in ea ſeſsione. 25. de Regularibus in nullo capite Regularium derogari privilegiis, cùm tamen in aliquibus eſſet præciſe neceſſarium, quia in eis apertè contra eorum ſtatuebatur privilegia; ſed quod in eis fieri oportebat (acutiſſimé Sanctiſsimi illi Patres proſpicientes prolixum omnino, & faſtidioſum futurum, ſi ſingulis quibusvis capitibus eam adjicerent cautionem, ut non obſtare privilegia declararent,) in ultimo, quod eſt. 22. id pręſtiterunt, in quo ita habetur. *Hæc omnia, & ſingula in Superioribus decretis contenta obſervari Sancta Synodus præcipit, &c. Non obſtantibus eorum omnium, & ſingulorum privilegiis, &c.*

19 Habet igitur illud cap. 14. derogationem privilegiorum, & non cap. Volentes; & conſequenter illa limitat & modificat, & nullo modo Ordinariam iuriſdictionem. Nemo quidem adhũc uſque diem. cap. 14. ſeſsion.

ſeſsion.25.in favorem Regularium ſtatutum dixit, cũ apertè puniat ſeverè Regularium ſuperiores, qui negligentes fuerint in ſubditis puniendis.

Et manifeſtum eſt à Sancto Concilio Tridentino, fuiſſe antiquam illam controverſiam diremptam, qua 20 iuris Interpretes inter ſe diſceptabant, utrũ Epiſcopus poſſet punire Regulares notoriè extra clauſtra delinquentes, & an præmittenda eſſet admonitio, & negligentia expectanda, de qua latè Hoſtienſis, & Henrric. Boich, in cap. Tuarum, de privileg. Cardi. in clemen. 1. de officio ordinar. & in clemen. Dudum. §. In quibus, quæſtione ultim. de ſepultur. ubi Imola, numer. 102. Item in d. clementina, 1. numero. 5. & ibi Ancarra. numer. 4. Abbas Sicul. in. d. clementin. Dudum, columna. 5. verſ. 4. Vbi Bonifacius. §. Facturi, numer. 9. Marianus Socinus cap. Recepimus, de privileg. numer. 56. & alii. Et quidem Cardinal. Imol. Ancarranus, Abbas Siculus, Bonifacius, & alii verius exiſtimabant, & defendebãt, non poſſe Regulares ab Ordinario puniri, etiam poſt monitionem, ne eorum violaretur exemptio omnimoda. Hanc igitur controverſiam Concilium, ut diximus, diremit, illamque formam præſcripſit, ut & privilegia ſervarentur, & delicta impunita non manerent; quod erat contrariæ ſententiæ fortiſsimum argumentum.

(?)

*Ex Illustrissimorum Cardinalium declaratione pro Regularibus Italiæ facta, nostra comprobatur sententia, & D. Ioannes Gutierrez declaratur.*

Cap. VII.

1 PRO hac nostra sententia plurimum facere arbitramur, quod Illustrissimę illæ Congregationes super Sacri Concilii Tridentini interpretatione, & Regularium reformatione Sanctissimi Gregorii XIII. iussu declararunt, nempe, ut Regulares omnes in civitatibus Italiæ existentes, sibi Conservatores eligerent, coram quibus convenirentur; ac semel electos non nisi in capitulis provincialibus mutarent; eorum denique nomina intra mensem à die electionis, Episcopis, locorũ Ordinariis indicerent; alioquin coram ipsis locorum Ordinariis conveniri possent. Vt refert Ioann. Baptista Confettius in privilegiorum Collectione. In summario. titulo. 4. de Conservatoribus. cap. 9. Capuccini Sorbi annot. in suo compendio. verbo Conservatores Ordinis. Idque expressè statuit Illustrissimus Cardinal. Borromeus, in. 5. Concilio Mediolanensi. 3. part. titulo de Episcopis, & Episcopali iurisdictione.
2 *Regulares* (inquit) *quibus ex privilegio ius competit Conservatores eligendi, ad quos in iudicium vocentur, quos semel elegerint, ne mutent, eorumque præterea nomina mensis spacio Episcopo Diœcesano significent; alioquin Episcopale forum in ius illos vocare liceat.* Quo maximè per Italiã, & Conservatorum potestas ampliata est, & Regularium

rium fuere limitata privilegia. Sed ex his cõstat apertè, Ordinariis adversus Regulares nullam iurisdictionem competere censuisse Illustrissimæ Cardinalium Congregationes; & cum suos Iudices, coram quibus conveniri possent, haberẽt, in quibuslibet causis, omnino ab Ordinariorum iurisdictione exemptos, & liberos fuisse iudicatos. Id quod Pius V. constitutione 140. Ad hoc nos Deus, statuerat, coram Conservatore in prima instantia Regulares ipsos conveniri debere, ita ut sive actores, sive rei sint, coram alio aliquo Iudice Ordinario, vel delegato, quam prædicto Conservatore conveniri, & evocari non possint, à quo unã diffinitivam habeant sententiam, antequam ad alium Iudicem, sive iudicium trahantur in quibusvis causis, & controversiis, ut latè idem Ioann. Baptista, eodem titul. 4. cap. 7. utrumq; manifeste probat, Regulares omnino ab Ordinariorum iurisdictione exẽptos esse iuxta privilegia à Sede Apostolica concessa, & Sacra Tridentina Synodo conservata, sed in Italia hac limitatione restricta fuere, quæ quidem limitatio ad alias non pertinet Provincias, quare nec recepta, nec audita. 3

Ex quibus sequitur, recte sentire Emanuelem Rodriguez. 1. tom. quæstion. 65. articulo. 13. dum asserit Regularium exemptionem minimè à Conservatorũ iurisdictione pendere, quod D. Doctor Leyva etiam dixit fol. 19. pag. 2. illis verbis. *Et dictis privilegiis legitimis, & sufficientibus pro casu, de quo agitur, repertis, ligantur manus Ordinarii, & tenetur illis absque ulla iudicum deputatione parere, se à cognitione causæ inhibendo.* Sed uterque potuit à sugillatione Doctoris Ioannis Gutier- 4

Gutierrez viri de iuris prudentia optimè meriti, & in pretio à viris gravissimis semper habiti, abstinere, in eo quod contrarium videtur scripsisse, tom.2. practica.lib.3.quæstione.10. Quoniam illum egisse existimare debemus de Regularibus extra claustra degentibus; quod quidem duo suadent. Primum, quod ipse, numer.3. dixit. *Est igitur ibi textus expressus pro hac secunda parte, & veriori, ex quo limitatio ad eam assignatur, in causis nempe mercedum, & miserabilium personarum, in quibus Clerici seculares, aut Regulares extra Monasterium degentes coram Ordinariis locorum conveniri, ac iure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli optimo iure possunt*. Quæ verba apertè indicant de his illũ in ea agere quęstione, licèt quæstionis initium cõtrarium subindicare videatur. Secundum, quia in dubio Doctoris sententia interpretanda est secundum iura ab illo producta, quæ Bartoli est recepta senten-
5 tia in.l. Non solúm.§. Si liberationis, de liberat.legat. Propter quod dubium nos à numero eorum, qui nostram tuentur sententiam, expungendũ duximus, licèt eũ afferat D. D. Leyva, qui quidẽ eum carpit, quod in Concilio legerit; *Ipsi*, pro, *Ipsum*, quòd sine illius culpa fieri potuit, quod aliquo Tridẽt. Concilii exẽplari depravato usus fuerit; & quovis modo id legatur, recte
6 sequitur, quod is colligit, neq; enim consequens, ex eo quod, *Ipsi*, vel, *Ipsum*, legatur, pendet. *In aliis verò* (inquit Conciliũ,) *si ipsum Iudicẽ non habuerint corã locorũ Ordinariis, tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, cõveniri, & iure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli possint*. Rectè ab eo infertur, eos, de quibus Concilium agit (scilicet Clericos seculares, aut Regulares extra

Mona-

Monasterium degentes quomodolibet exemptos,) si habuerint certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum, non posse coram locorum Ordinariis conveniri. Quod verò traditur ab eodem D. Doctore Leyva de varia Conservatorum differētia, nos tertia parte, cap. 5. agemus, illud interim pro D. Ioanne Gutierrez addendo, etiam Conservatores dici, qui causarum habent cognitionem in Sancto Concilio Tridentin. sesion. 14. cap. 5. de reformatione, & quamvis aliquomodo inter se hi delegati Conservatores differant, illæ differentiæ non respiciunt substantiam iurisdictionis, unde nō faciunt eos differre specie, glossa in l. Pacta conventa, de contrahenda emptione, in terminis Alciatus in Rubrica de officio Ordinarii, numer. 18. Hæc obiter pro D. Ioanne Gutierrez dixisse sufficiant, cum Vir ille doctisși. nostra non indigeat defensione, cum ipse & meliùs, & rectiùs eam, si velit, posit suscipere. 7

*Ostenditur in quacumque sententia Regularium privilegia, in quibus Innocentii constitutioni derogatur, per eiusdem constitutionis innovationem à Concilio factam nō fuisse sublata, nec antiquata.*

Cap. VIII.

QVAMQVAM ex omnibus supra à nobis adductis satis nostra sit probata sententia, nimirum Innocentii cōstitutionem, & eius innovationem à Sancto Concilio Tridentino factam 1

ad

ad Regulares nõ pertinere, ut personali exemptione ratione Religionis munitos; Sed ut omni ex parte muneri nobis injuncto satisfaciamus, minimè prætermittendum duximus explorare, & examinare duo, quæ D. Doctor Leyva affirmat. Primum est, Regularium privilegia, in quibus Innocentii IIII. constitutioni (in d.cap. Volẽtes, de privileg. in 6.) fuerat derogatum, per Concilii innovationem (d.cap.14. sessione.7.) fuisse illa privilegia abrogata, & antiquata. Secundum, siqua verò sunt privilegia ipso Concilio posteriora, minimè Concilio Tridentino derogasse cõtendit. Primum quidem in primo argumẽto probat, quod nos cap. 1. retulimus, nempe ita Conciliũ constitutionem innovasse, ut non obstantibus privilegiis, quæ illi derogabant, illam servari præceperit; Idque confirmat ad.10. Argumentum, ex clausula Concilii in fine posita; *Privilegiis, & exemptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus contra præmissa nequaquam valituris*, quæ quidem, cum in fine constituatur, superiora omnia respicit, in quibus est. d. Innocentii constitutio, & sicut adversus ea, quæ addit ibi Concilium, non valet privilegium, ita nec adversus Innocentii constitutionẽ, quia una determinatio respiciẽs plura determinabilia debet æqualiter ea determinare. l. Iam hoc iure. de Vulgari, & l. Quamvis. de impuber.

Secundum verò probat sequentibus argumẽtis ad 5. Quia derogari non potest decretis in Concilio Generali editis, nisi de eo fiat expressa mentio. cap. Ex parte, de capell. Monach. cap. Nonnulli de rescriptis Baldus in. l. Humanum. C. De legibus. Archidiaco. in

cap. I.

cap. 1. De constitu. lib.6. Sed in nullis privilegiis Cōcilio Tridentin. expressè derogatur, igitur illa constitutio innovata omnes Regulares comprehendere debet. Minor illa propositio patet, quia in Societatis Conservatoria, quæ posterior Concilio est, non ponitur; & licèt exemptionis privilegia non viderit, quibuscumque fulciantur clausulis illi nō derogant. Nam clausula, *Eorumque totis tenoribus specialis, specifica, &c.* in derogatione posita nō sufficit, ubi mentio exigitur specialis. Paulus, cōsil. 278. vol. 1. Cardin. cōsil. 136. & alii, quos refert Felin. cap. Accedentes, de præscrip. & alii á Covar. adducti in Rubr. de testa. 2. p. n. 19. vers. cæterum. Qui licèt pro contraria plures afferat, ipse ad concordiam reducit, ubi Motu Proprio Princeps concedit; quæ clausula, *Motu Proprio*, non prodest ad partis instantiam. Sed indistinctè magis communem affirmat Mandos. consil. 100. numer. 12. Cassado. decisione. 10. numer. 2. in Regul. cancell.

Confirmatur. 2. Illa minor, quia Gregor. XIII. & Sixtus V. noluerunt Concilio Tridentin. derogare, & ita Regularium confirmarunt privilegia; *Quatenus Concilii Tridentini decretis non essent contraria*, Vt apud Emanuel. Rodrig. tom. 1. qq. Regul. quæstion. 8. articul 1. Et licèt ea clausula in compendio privilegiorū Societ. non reperiatur, existimat tamen Emanuel cō tineri.

Confirmatur. 3. Quia per Pii IIII. constitutionem, quę incipit. In Principis, Omnia Regularium privilegia exemptionum, & immunitatū, quæ decretis Concilii sunt contraria, sunt ipso iure nulla, & ad ipsius Concilii terminos reducta. Et licèt aliqua Societatis privi-

privilegia sint posteriora, id nihil prodest, quia roborans, & roboratum eodem iure censentur, & quemadmodum Tridentino non derogatur, sic ne Pii IIII. constitutioni. Quæ quidem plurimum operatur, nam ubi Concilium non declaravit privilegia non obstare, ex illius constitutionis clausulis privilegiis derogatur, quidquid in contrarium dicat Emanuel Rodriguez, tom. 1. quæstione. 8. articul. 6. & 7. Quod quidem ex abundanti affertur, quia. d. cap. 14. sessione. 7. Habet clausulam derogatoriam in fin. positam. His tamen non obstantibus contraria sentẽtia proculdubio certior, & verior est; & quod ad primum attinet. Asserimus, quod etsi Innocentii constitutio Regularium privilegia, quæ ipsum Ordinem respiciunt, & personas eximunt, & bona, comprehenderet; cúm tamen ea privilegia eidem Innocentii constitutioni derogaverint, adhuc etiam post Concilium Tridentin. Vigent, suumque robur, ac firmitatem obtinent, non obstante innovatione à Concilio facta, quæ nullo modo ea privilegia antiquavit, neque abrogavit. Idque apertè dixit M. Navarrus, in d. cap. Non dicatis 12. quæstione. 1. numero. 63. In commentar. 2. de Regular. & Emanuel Rodriguez, tomo. 2. qq. Regular. quæstione. 2. articulo. 8. Recte defendit. Proba-
3 tur primo. Quoniam innovationis ea natura est, ut nec novum ius conferat, nec tollat vetus, sed in eo statu conservet, in quo tempore concessæ innovationis dignoscitur extitisse, verba sunt, cap. Quia intentionis de privileg. probat. cap. Ex parte el. 1. eodem. titul. c. Cum dilecta. de confirm. utili vel in. Probat interminis Ioannes Andreas in novellis in eodem. cap. Volentes

Volētes, in principio; cùm enim aliqua privilegia fuissent cōcessa cū derogatione illius cap. Volētes, & postea Bonifacius VIII. in Sexti decretalium cōpilatione eam innovasset, dubitabatur, an huiusmodi privilegia ex innovatione antiquata essent, & non defuit, qui id existimaverit; sed optimè Ioā. Andr. respondet his verbis. *Valent talia privilegia, quæ sequuta sunt hanc decretalem, licèt præcesserint hanc compilationem, cùm decretalis ista non mutetur, sed prius edita, & approbata, hîc iterum approbetur, nec novum ad ipsam adjiciat.* Et cum eo, & Ioanne Monacho tradit ibi Dominicus, numero. 3. vers. Sed pone. Ananias in. d. cap. Ad abolendā, numero. 24. de hæreti. & id apertè comprobatur ex eo, quod nos supra, cap. 3. numer. 20. ostendimus, illam constitutionem non privilegiis derogare, sed illa declarare, & declaratio locum non habet, ubi privilegiorum verba sunt manifesta, & clara, ut & ibi, nume. 21. diximus.

4 Confirmatur, 2. hæc nostra sententia multo fortiori argumento, nam receptissima est sententia, secundam dispositionem contrariam privilegio antea concesso non illi derogare, nisi facta eius mentione, tradunt omnes pro constanti regula in. cap. 1. de rescript. ex text. in cap. Veniens, ubi notatur de præscripti. glossa recepta verbo de consuetudine in. cap. unico. de Capel. Monach. Vbi Ioann. Andre. & Archid. ut ibi Dominicus, numero. 8. Oldradus, consilio. 226. Latè probat Felinus in. d. cap. 1. de rescrip. numer. 10. Bonus text. in. l. 3. C. De silentiar. lib. 12. Ex quo textu, & aliis rectè notat Baldus, in. dict. cap. 1. nume. 16.

5 Immunitatem alicui specialiter concessam non tolli

ex eo, quòd postea generaliter onera imponãtur; generale enim statutum subsequens, non derogat privilegiis præcedentibus, nisi de eis fiat mentio. Paulus de Castro, consilio. 146. numer. 1. volumi. 1. Bartol. Socinus, consilio. 153. numer. 31. quod est primum vol. 2. Iasson in. l. 1. numer. 9. ff. Soluto matri. Decius, in. d. cap. 1. De rescrip. numero. 9. vers. Secunda conclusio. Romanus, consilio. 327. num. 1. Decius optimè, consil. 165. Vbi latè, & optimè probat clausulas generales non sufficere ad privilegii derogationem, speciales requirentis. Et in dubio, privilegio non esse derogatum per sequentem constitutionem, nisi apertisimè cõstet Principem voluisse derogare, cum iam agatur de tertii præiudicio, optime probat Federicus, consil. 233. circa fi. Decius supra. d. consil. 165. Aymon Craveta, qui etiam plures pro ea affert sententia, consili. 21. numer. 14. Menochius, consil. 2. numer. 135. libr. 1. Francisc. Becius, consil. 55. numer. 35. & probat latè

7 Anastasi. Germonius de Indultis Cardin. §. Per quæ sublatis, numer. 68. Vbi affirmat Illustrisimos Cardinales, qui interpretationi Concilii sunt præfecti, respondisse, Sacrum Tridentin. Concilium non derogare privilegiis Apostolicis, nisi de eis expressam faciat

8 mentionem. Quam quidem hic non habemus; nam ut talis diceretur, necessarium erat, quòd Concilium statueret Innocentii constitutionem ita innovari, ut privilegia, quæ illi derogabant, omnino non obstarẽt, sed in tribus casibus in ea expressis Regulares exempti coram locorum ordinariis convenirentur, quod ut supra cap. tertio, & quinto ostendimus, minimè fuit

9 constitutum. Quod fortisimè, & evidẽter probatur, nam

nam cũ illa Innocentii conſtitutio non derogaret privilegiis, ſed illa declararet, ut ex innovatione illis derogaret, omnino requirebatur, & exigebatur, ut illi derogatoria clauſula adjiceretur, quam ex ſua diſpoſitione non habebat, neq; habere poterat, ſed hæc nõ eſt à Cõcilio adjecta talis, quę id ſignificaret, ergo illis non derogavit.

Illa autem clauſula, quam Sacrum Concilium adjecit iis verbis. *Privilegiis, exemptionibus, Conſervatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus adverſus præmiſſa nequaquam valituris*, non ſufficit, ut illa comprehendat, 10
ex ratione modo allata; & non pertinet ad ea, ſed ſolùm reſpicit ad ea, quæ ab ipſo Concilio adduntur, nimirum ut Clerici ſeculares exempti, & Regulares extra Monaſterium degentes in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum coram locorũ ordinariis convenirentur, & in aliis etiam cauſis, ubi iudicem in partibus non haberent. Hæc enim additio, cũ non ſit privilegiorum interpretatio, ſed limitatio, & derogatio, in eis ideo clauſula illa adjicitur, quæ ſolum hæc addita reſpicit, & non conſtitutionis innovationem, quam reſpicere non poteſt, cum nec ipſa Innocentii conſtitutio illam non habeat, repugnat enim eius conſtitutionis naturæ.

Licèt enim generalis clauſula ad omnia præcedẽtia referatur, & vulgariter dicatur, vna determinatio 11
reſpiciens plura determinabilia, pariformiter ea determinat, l. iam hoc iure, de vulgari. l. talis ſcriptura. §. fin. de leg. 1. ut pars adverſa defendit. Attamen intelligi debet, quãdo eadem ratio verſatur quoad omnia; ſi enim diverſa ſit in vno, quàm in alio, non æquè 12

omnia illa clausula comprehendit, ut optimé Abbas. in cap.secundo requiris.41. numer.11. de appellat. ab omnibus receptus, præsertim Decio ibi, numero. 3. commendat Navarrus in commentar. de spoliis Clericorum.§. 10. numer.10. decisio. Rotæ Roman. diversorum.1.parte, decisione.666. numero.2.& part. 2.decisio.55. numer. 18. Latisimé Antoni. Gabriel,
13 libr.6. Communium, titulo de clausulis, conclusio.9. numer.3. qui, numer.9. asserit, quod clausula generalis non refertur ad omnia præcedentia, ubi induceretur correctio, vel aliqua repugnantia in eadem constitutione inveniretur. Quod proculdubio in Concilio eveniret. Propter quæ, & quia plures differentiæ rationes asignare possumus, propter quas illa derogatio non pertineat ad innovationem d.cōstitutionis, constat aperté ad solam additionem pertinere illam clausulam, privilegiis, &c.

14 Sit prima, quia verba non ponuntur per se principaliter, sed accesoriè in contextu eiusdem clausulæ, vnde ad illam solum restringi debent, ex l. filium familias.ff.quando dies lega.cedat, & ex Abbate, Bartolo, Baldo, & Alexandr. probat Decius in. d.cap.1. de rescrip.2. exemplo. Decisione 195. numer. 3. part.2. decisio. Rotæ diver. & planè sub una periodo illius additionis illa non obstare declarantur, igitur ad alia trahi non debent, quæ in altera clausula continentur.

15 Secunda quia, ut sæpe diximus, illa Innocentii constitutio est privilegiorum interpretatrix; vnde contra illius naturam est, velle privilegiis derogare. At vero, quæ insuper adduntur à Concilio, privilegia limitant, & minuūt. Vnde diversisima inter utrumque est ratio,

ratio, & sic limitatio indiget derogatione. Alioquin magnum utique sequeretur absurdum, ut innovatio majus aliquid amplius operaretur, quàm constitutio in sui principio habebat; & ita sequeretur quòd etiam Innocentianæ constitutioni adderet Concilium clausulam derogatoriam, quã illa non habet, & quòd contra privilegiorum tenorem etiã in tribus casibus exẽpti, coram locorum Ordinariis convenirentur, cum id Concilium non explicet, nec addere dicat, absurdum est id colligere, ex eo quòd dicat, suæ dispositioni privilegia non obstare. Text. in cap. Ecclesia vestra. 2. de electione. Vbi Abbas ait. *Nota singulariter, quod clausula in fine posita non debet referri ad omnia præcedentia, quando ex tali relatione sequeretur absurdum, vel inconveniens*, & ibi additio. Latè Decius, d. cap. 1. exemplo. 4. 16

Denique quia induceretur correctio, ut diximus, ex Antoni. Gabr. supra, & constitutio perpetua revocans privilegia dicitur exorbitans; & ita strictissimè est interpretanda, & minime debet extendi, ut cum derogatione, & alterius præiudicio ad omnia præcedentia trahatur, c. odia. de regul. iu. in 6. Dominicus optimè, consil. 35. numero. 2. late Decius supra exemplo. 8. Ex quibus satis patet responsio ad argumenta, quæ à D. Doctore fiunt. & ipsamet satis indicant vera esse, quæ asseruimus quoniam veritas ipsa illum coegit agnoscere, necessario esse probandum Concilium Tridentinum ita disposuisse, ut observaretur Innocentii constitutio non obstantibus privilegiis, quæ illi constitutioni derogabant, quod cum nõ probetur, cum id Concilium minime dixerit, licet D. Doctor 17

id illi tribuat, sequitur apertè illa nō antiquasse, neque abrogasse.

18 Quod attinet ad secundum, quod D. Doctor Leyva probare contendit, privilegia Concilio Tridentino posteriora minime Concilio Tridentino derogasse, nos itidem asserimus, non ex suis argumentis, sed quia ex dictis satis constat, in quavis sententia Regulares non indigere nova Concilii Tridentini derogatione. Siqua autem esset necessaria, ut privilegiis suis Societas IESV uteretur, sufficientissimè illa munita erat, ut Concilio non obstante eis uti, frui, & gaudere posset. Cùm enim Pii V. & Gregor. XIII. & XIIII. literæ multo tempore sint Concilio Tridentino posteriores, & ad id efficiendum, & præstandum clausulas habeant fortissimas, & amplissimas, non immeritò possemus id asserere absque eo, quòd Concilii Generalis fiat mentio.

19 Primó, quia licét Concilio Generali specificé derogari debeat, ut pars adversa contendit; negat tamē Innocentius in cap. ex parte. de capel. moch. & disputat Felinus in cap. nonnulli, numer. 2. de rescrip. sed ea omissa controversia, quia illa receptior est sententia.

20 Iacobatius tamen libr. 5. de concilio articul. 18. vers. Illud tamen, limitat, quando Concilium impersonaliter loqueretur, permitteretque dispensandi facultatem, tunc enim ad eius derogationem sufficeret clausula generalis, & pro hac sententia adducit Aretinum, & Felinum. Et quidem Sancta Tridentina Synodus, cap. 21. sessione. 25. de reformatione omnia, & singula sub quibuscumque clausulis, & verbis in ea statuta declarat ita decreta fuisse, ut in his salva semper

aucto-

auctoritas Sedis Apostolicæ,& sit,& esse intelligatur. Vnde illi derogare non est necesse, quippe tunc Pontifex uti potiús videtur facultate sibi reservata, quàm contra Concilium facere; & ita servat Canchellaria Apostolica, ut recte advertit Anastasius Germonius de Indultis Cardinal. §. Per quæ sublatis, numero.74. & nos multis possemus exemplis comprobare, Nam in secundo gradu nunquam dispensari Conciliũ præcipit (cap.5.sessione.24. de matrimon.) nisi inter magnos Principes,& ob publicam causam. Sed frequenter inter infimæ plebis homines postea Roman.Pontifices dispensarunt,& in dispensationibus nulla Concilii derogatio fit. Idem in coadiutoriis, & aliis, quæ nos omittimus, in quibus iustissimis de causis Summi Pontifices dispensant,in iis,quæ à Sacro Concilio sunt prohibita, & tamen illius mentio, nec derogatio ulla fit,nõ certe alia de causa, ut testatur Anastasius supra, quam, quòd, ut Concilio derogetur Tridentino, nõ est necesse illius fieri expressam mentionem.

Et nos quidem versamur in longe faciliori causa, nimirum in constitutionis innovatione, quæ quidem constitutio apertè declaratoria est; & cùm sit, nullo modo fieri potest, ut qui privilegium concedit, si clare,& manifeste loquatur, videatur contravenire, vel in aliquo illi constitutioni derogare, quæ quidem cõstitutio solum habet locum, ubi verba sunt ambigua, aut dubia. 21

Præterea, cum in Pii V. literis sit clausula, Motu proprio, &, Ex certa sciencia,& in aliis additur,& illa; De plenitudine potestatis; quibus clausulis Concilio Generali derogari, & si illius non fiat expressa 22

mentio, & verior, & receptior est sententia, ut tenet Abb.in cap. nonnulli, numer.8. de rescript. & ex sententia Gofredi, Ioannis Andreę, & aliorum tenet Additio Felini in d. cap. nonnulli, numer.8. verbo. Rescripto, Iacobatius de concil. d. libr.5. articul.18. in fin. Dominicus in cap. Statutum, numer.10. de rescrip. in 6. & pro maiore parte fuit resolutum in Rota apud Puteum, decisión. 494. lib.2. Flaminius Paris. libr.6. de resignatione. quæstion.2. numer.38. eæ enim clausulæ alias prærogativas vincunt, Cassadorus, decisio. 14. numer.3. de præbend. & faciunt specialem derogationem, ut probat optimè Aymon Craveta, consil. 126. à num.5.

23 Ex quibus facilis patet Responsio ad ea, quæ à D. Doctore Leyva pro sua adducuntur sententia. Respondemus namque, illam maiorem propositionem, Decretis in Generali Concilio editis nõ derogari nisi expresse, limitari in duobus, qui ad nostram speciẽ pertinent, in quibus absque ulla expressa derogatione, Concilio Generali derogatur. Minor vero propositio scilicèt in nullis privilegiis Concilio expressè derogatur, nos eius probationes non admittimus, immo omnino rejicimus.

Primum, quod attinet ad clausulam, *Quorũ tenores*, receptior, & verior est contraria sententia, quam nos cap.2. num.3. supra latè probavimus.

24 Secundum etiam rejicimus, quod asserit clausulã, *Motu Proprio*, non prodesse ad partis instantiam; Asserimus namque contrarium verius esse, Quia, & si ad partis instantiam illa clausula ponatur, eam tamẽ Romanus Pontifex cõcedit eo affectu, ut Motu Proprio facere

facere videatur, id est, id ita præcipere, ut, & si pars non peteret, esset concessurus Motu Proprio, ad quod iam non inducitur partis supplicatione, sed propria voluntate. Alioquin Literæ Apostolicæ mendacii arguerentur; quod nefas, & maximum sacrilegium esset. Glossa fin. in addit. in cap. Si Motu, de præbend. in 6. ubi Doctores. Probat latè Anton. Gab. lib. 6. receptarum titulo de clausul. conclusione, 2. numer. 107. & à Rota receptam tradit Anastasius Germo. de Indúlt. §. Nos itaque, à num. 52.

Secundæ confirmationi; quæ habet, Gregor. XIII. & Sixtum V. Concilio non derogasse, Respõdemus, opus non fuisse, ut illi derogarent; quod si ea derogatio esset necessaria, cõstat Piũ V. sæpè expressè derogasse, & eodẽ anno. 1571. quo Societati Literas cõcessit, concessisse & Prædicatoribus Bullã. 140. Adhoc nos Deus, in qua in multis Concilio derogavit. Et in his ante omnia disponentis consuetudo in quirẽda est. l. si servus plurium. §. fi. de legat. 1. Vnde concessio facta ab Ecclesia, videtur facta secundúm ipsius Ecclesiæ consuetudinem. Alexandr. consilio, 124. libr. 5. quem sequitur Decius in reg. semper in stipulationibus 34. numero. 7. de regul. iur. Menochius de præsumpt. lib. 1. quæstione 28. numer. 8. & illa consuetudo cuivis alteri præferenda est. Ita Pii V. consuetudo attendenda, & non aliorum Pontificum; Qui quidem rebus ipsis sæpissime derogarunt, licèt non verbis, ut supra diximus. 25

Quod in ea confirmatione additur, in confirmationibus addi solitam illam clausulam, *Quatenus sunt in usu, & Sanct. Concilio Tridentino non sunt contraria.* 26

Respondemus, in nullo privilegio Societatis IESV eam addesse clausulam, ut in eis videre licèt, & patet ex eis, quæ in principio posuimus, cúm tamen amplissimè confirmentur. Emanuel Rodriguez, cum illa nō vidisset, id non affirmavit, sed sub dubio dixit, fortè habere, aliorum exemplo falso inductus.

27 Ad. 3. confirmationem, quæ Pii IIII. constitutione probatur, Respondemus, Nulli dubium esse posse, quin illi constitutioni derogetur, per Literas Pii V. Gregorii XIII. & XIIII. cum in eis expresse dicatur; *Non obstantibus Apostolicis constitutionibus.* & quod adducitur, Roborans, & Roboratum pari iure censetur, id contra D. Doctorem est, Nam si Roboranti derogatur, etiam Roborato derogari censendum est, quod quidem contra se non admittit, in hac Pii IIII. constitutione, quæ Tridentinum roboravit, & pro se adduxit Emanuel Rodriguez, tom. 1. quæstione, 8. articul. 6. in fi. Qui in eo loco recte explicuit Pii IIII. constitutionem, ut nullo modo per eam privilegiis derogetur, quibus in Concilio expresse derogatum non erat, a quo immerito discedit D. Doctor Leyva, eo argumento ductus, quod inutiles viderentur illæ literæ, nisi aliquid amplius efficerent, quam quod erat Concilio expressum, unde existimavit, etiam aliis privilegiis derogare, Respondemus namque, literas illas Pii IIII. satis plenè suum sortiri effectum, si Concilium Tridentinum approbent, & confirment, & illis derogent, quibus Concilium derogatum esse voluit. Quodsi D. Doctoris admittamus declarationem, maximum sequeretur absurdum, quod confirmans confirmato aliquid amplius adderet, immo quibus Concilium

cilium Tridentinum derogari noluit, Pius IIII. derogaret. Quod quidem contra Concilii mentem esset, & contra Pii IIII. intentionem, quæ fuit Concilium confirmare, & approbare, & non illius mentem violare.

28 Atque ita, cum (ut diximus) Concilium non deroget privilegiis Apostolicis, nisi de his meminerit expressè; fuit etiam in illustrissima Cardinalium cōgregatione decretum, *Pii IIII. Bullam non extendi ultra ea, quæ in Concilio continentur*, ut testatur Anastasius Germonius de Indultis Cardinal. d. §. per quæ sublatis, numer. 59. & 70. Vnde constat D. Doctorē dictam constitutionem in suum torquere sensum, & quod tradit Emanuel Rodriguez, illustris. Cardinalium declaratione confirmari.

---

*Nonnulla prætermissa afferuntur.*
Cap. IX.

QVEMADMODVM post messem fieri specilegium consuevit, ita nos, cum latè nostram probaverimus sentētiam, siqua casu prætermisimus, hic colligere pro primæ partis conclusione decrevimus. 1

Primum illud est, quam nos tradidimus Innocentii IIII. constitutionis in cap. Volentes, de privilegiis in 6. interpretationem, ex eo etiam comprobari, quod ea optima, & legitima habeatur declaratio, quæ ex præcedentibus, & subsequentibus colligitur; legislatoris enim verba ambigua, capita, quæ præcedunt, vel sequun-

ſequuntur, explicant. l. Vtrum, de petitione hæredit. l. Si ſervus plurium. §. fin. de lega. 1. Et quidem illam conſtitutionẽ, agere in principio de exemptis ratione
2 loci. §. In eos, ſatis declarat. Vnde idemmet D. Doctor Leyva in reſponſione ad, 6. fol. 16. *Ad Sextum,* (inquit) *Exemptionem, quæ limitatur, & reducitur ad illos caſus, in d. Innocentii conſtitutione contentos, non eſſe ſolùm loco alicui conceſſam, ſed plenam, & generalem, perſonis, locis, & ordinibus conceſſam, licèt ubi exemptio ſit merè perſonalis, non intrat diſpoſitio dictæ conſtitutionis.* Itaque affirmat in merè perſonali Innocentii conſtitutionem locum non habere, & in hoc ſibi contrarius videtur; licèt effugere poſsit, quod dicat, *Merè perſonalis.* Sed advertere oportet, quòd ſingulares, qui privilegio perſonali muniuntur, ne excommunicari, aut ſuſpendi poſsint, nihilominus tamen eorum non obſtante privilegio ab Ordinariis excommunicari, & ſuſpendi poſſunt; ex quorum numero excipiũtur Reges, Reginę, & eorum filii, & Religioſi ratione Ordinis privilegiati, qui minimè ab Ordinariis poterunt excommunicari, cap. Ne aliqui, de privileg. lib. 6. Vnde conſtat, perſonale privilegium, propter Religionẽ conceſſum maioris eſſe prærogativæ, & magis eximere ab Ordinarii iuriſdictione, quam quod ille, merè perſonale, vocat.

3 Quare proculdubio videtur, univerſos ſenſiſſe, Innocentii conſtitutionem ad Regulares huiuſcemodi privilegio exemptos non pertinere, vel etiam ſi pertineret, meritiſsimè fuiſſe à Romanis Pontificibus ab ea conſtitutione exceptos. Nulloque modo veriſimile eſt, Sacrum Concilium Tridentinum contra tot

Sum-

Summorum Pontificum privilegia longa ſeculorum ſerie recepta, ſola dictæ conſtitutionis innovatione voluiſſe irrita, & nulla facere. Et ſanè cum res eſſet 4
graviſsima, & contra Regularium ferè omnium antiquam, & receptam exemptionem oporteret clarè, manifeſte, & expreſſè id à Concilio ſtatui, ut nullus eſſet ambigendi locus, ne conſtitutio ſubobſcurè decreta novas, & graves excitaret lites, in grave totius Eccleſiæ detrimentum, & ſcandalum. Quod neutiquam Concilium Tridentinum præſtitit, immo variis locis contrarium demonſtravit. Quod vel ex eo pro- 5
batur, quòd ad hunc uſque diem omnes Epiſcopos, & Regulares latuerit; quorum illi, cùm Sacro Concilio Tridentino præſentes adfuiſſent, propriæ iuriſdictionis acerrimi defenſores proculdubio executioni mãdaſſent; hi vero remediũ à Romanis Põtificibus poſtulaſſent, ubi ſuam exemptionem in dubium revocari proſpicerent, & ſibi conſuluiſſent, quemadmodum fecerunt, ubi primùm Innocentii conſtitutio in publicum exiit. Idque ſolùm vel D. Doctorem Leyvam movere deberet, ut ſuam ſententiam ſuſpectam haberet, cùm vel ſi verba Concilii eſſent aperta pro ea, adhuc aliquid in ea latere Myſterii credere, vel ſuſpicari deberet, quãdo nullus alius ante ipſum intrepidè, hoc dixiſſet, vel aſſeveraſſet, cùm tamen viri doctiſſimi, & graviſsimi iuriſdictionem Eccleſiaſticam in orbe Chriſtiano exercentes, id aggredi minime tentaverint, & iuris Interpretes inſignes contrarium affirmaverint, & inter eos Martinus ab Azpilcueta, Navarrus iuris Pontificii Profeſſorum Coriphæus.

Deinde

6 Deinde prætermittere non possum id, Quod, D. Doctor Leyva in Responsione ad 7. asserit, Quòd cũ Regulares non posint excommunicari, interdici, aut suspendi, posse Ordinarium contra eos procedere exercendo suam iurisdictionem per alias pœnas, ut declarat Glossa in d. §. In eos, verbo quantum ad ista. Hæc sententia Nobis difficultatem ingerit, quare stãte d. Innocentii constitutione, si extra claustra Religiosus delictum committeret, suspensione dignum, suspendi non posit, cùm eius punitio ad Ordinarium pertineat. Dicis, alia pœna punietur. Neutiquam. Nulla enim ratio est, quare ei illibatum servetur privilegium, ne suspendi queat, & omnino contemnatur idem privilegium, si Regulares eximat ab omni correctione, & iurisdictione, cùm tam ad iurisdictionem pertineat punire, sicut excommunicare. Præterea, In. §. In eos. In quo Monachi excommunicari nequeunt, si tamen in prioratibus Ordinario subiectis resideant, non obstante tali privilegio, & excommunicari, & suspendi, poterunt ab Ordinario. Et idem probat cap. Quoniam, 21. de privileg. Ex quo apertè colligitur, quòd ubi Monachi Ordinariis subjiciũtur, possunt excommunicari, nõ obstante eorum privilegio, sicut & aliis pœnis affici; Vbi verò non subjiciuntur, sicut nec excommunicari, ita nec aliis pœnis coerceri, ut probat, cap. Quanto amplius. de privileg. Hæc proposuisse sufficiat, ut illud iam annotemus.

7 Denique constat omnes Regulares privilegio illo munitos, ne posint ab Ordinariis excommunicari, suspendi, aut interdici, & in Societate IESV satis patet id ex Pauli IIII. privilegio. Quare D. Doctor

Leyvá

Leyva ad secundum fundamentum recurrit, ut possit adversus Regulares, censuris uti, nimirum ad præscriptionem. In qua huius disputationis præcipuus cardo vertitur, quod etiam requirebatur, Nam absolute in omni casu coram Ordinario Hispalensi Regulares in causis civilibus conveniendos asserit, cum tamen cap. Volentes (ex sua sententia) ratione rei sitæ, sive contractus permittat solùm, in aliis veró minimé. Quare, ut in omnibus causis Vicarius Generalis Hispalensis Regulares in ius vocet, id sibi præscriptione acquisisse contendit; de qua parte sequenti agemus.

(?)



SECVN-

# SECUNDA ALLEGATIONIS PARS IN QUA

## Adversus Regularium exemptionem, neque præscriptionem, neque renuntiationem allegari posse demonstratur, & nonnulla alia dissolvuntur argumenta.

*Proponuntur partis adversæ fundamenta, quibus probare nititur ex præscriptione, Sublata Regularium privilegia.*

Cap. I.



1 CUM D. DOCTORIS Leyvæ primum argumentũ solum illud concluderet, in duobus casibus Regulares coram Ordinario conveniri posse, nimirum ratione contractus, & rei sitę extra locum exemptum, dum suæ sententiæ non satis esse consultũ timet meritó, & ut in omnibus casibus, etiam si res in loco exempto sit constituta, vel contractus initus, coram Ordinario Regulares conveniantur, ad aliud cõfugit argumẽtum, & quasi novo ariete eorum dejicere, & subruere conatur exemptionem. Affirmat itaq;, Curiam Archiepiscopalem ex immemoriali consuetudine

tudine habere ius acquisitum adversus quoscumque Regulares in Archiepiscopatu Hispalensi degentes, ut de eorum omnibus causis civilibus cognoscere, & excommunicare, & interdicere eos possit. Idque cõstare asserit ex testium probatione, quam suis inseri fundamentis curavit.

Probat primo, in huiusmodi possessione dictũ tribunal pro viribus esse tuendum; & si opus sit, vis vi repellenda, per textum in cap. si vero. de sent. excõm. & cap. dilecto, eodem titulo, lib. 6. & tenet Innocentius in cap. venerabili, num. 5. de censibus. & in cap. ex parte, num. 3. de verborum significatione, & probatur in. l. devotum. C. de met. & epidem. lib. 12. 2

Deinde secundo, cúm consuetudo sit notoria, non indiget probatione, in qualibet causa. Baldus in lege. 3. C. de ser. fug. Decius, concil. 655. num. 27. & Iudex potest ex officio de ea se informare, & supplere, Bart. in. l. filius familias, §. Veterani, de procura. Cursius Iunior, consil. 171. nume. 1. Surdus, consil. 382. nume. 5. cuius consuetudinis cursus minoris temporis sufficiebat, immemorabili non requisito, cum quadragenarium in privilegiis Ecclesiasticis communitati cõcessis à iure statutũ sit sufficere, ut præscribãtur. cap. Accedentibus, de privilegiis, quamvis Emanuel Rodri. tom. 1. quæst. 8. art. 3. qq. regul. vult sexaginta annorũ esse necessarium. 3 4 5

Præterea tertio, licet videatur, Regulares privilegiis renuntiare non posse, nihilominus tamen per consuetudinem, & præscriptionem quadraginta annorum non solũ adest tacita renũtiatio inferiorũ, sed etiam negligentia superioris in patiendo, & legitima 6

inducitur consuetudo, ut tenet Panormit.in dict.cap. Accedentibus,nu.5. de privilegiis,& probatur in eodem textu,& in cap.si de terra,eodem titulo,de priv.
7 absque tamen Romani Pontificis præjudicio, & aliorum Monasteriorum extra eam provinciam constitutorum, quia privilegiũ exemptionis non est individuum,sed tot censentur privilegia,quot Monasteria, Abb.in dict. cap. Accedentibus, numer.7. Ipsos vero renuntiantes obligabit absq; Romani Pontificis præjudicio,ut firmat Innocen.in cap.cum tempore,nu.2. de arbitris, ubi glossa verbo libertatis, & probat textus in cap.suborta,de re judicata,& cap.dilectus,in fine,de Capellis Monachorum,& in cap.inter dilectos, de donationibus.

8 Tum etiam quarto, quia si quæ confirmationes à Romano Pontifice fuerunt concessæ Societati; ita ut post eas non potuerit quadragenarium tempus currere, in quo dicta consuetudo legitimetur, hæ confirmationes nullum novum ius contulerunt, si fuerunt in forma communi, sed antiquum conservarunt, ut probat expresse textus in capite ex parte Abbatissæ, & cap.quia intentionis, de privilegiis, & cap.cum dilecta, de confirmatione utili vel inutili, & cap. quia diversitatem,de concesione præbendæ,quare si ante confirmationem, cepit currere consuetudo contra exemptos, per eam confirmationem non interrumpitur, cum confirmatio nullum novum ius producat,
9 glossa verbo,communi in dict.cap.quia diversitatem, & ibi Doctores,& in cap. 1. & 2. de cõfirmatione utili vel inutili,communiter scribentes. Quod adeo verum est, quod etiam in innovationibus, quæ fiunt per

hæc

hæc verba, *De novo cōcedimus*, locū habere videtur, per quas solū confirmātur cum effectu privilegia non revocata, neq; consuetudine abrogata, ut declaravit Iulius, II. Prout refert Emanuel Rodrig. q. 8. articul. 2. tom. 1. Reg. qq. a quo ipse discedit ex quibusdam argumentis, quæ cum nihil ad rem pertineāt, prætermittimus.

Quod si privilegia Societatis sint confirmata cum clausula *Certa scientia*, validum facit quod erat nullū, & quod Princeps facit ex certa scientia non potest in dubium revocari, quia facit de plenitudine potestatis. Et tunc innovat ex certa scientia, cum apponūtur ista verba, *Ex certa scientia*, & isto casu cum novū ius producat innovatio, & confirmatio, videtur concedendum, quod tempus contrariæ consuetudinis incipiat currere à die confirmationis, & Emanuel Rodriguez, in dict. quæst. 8. artic. 1. tom. 1. asserit Societatis IESV privilegia fuisse confirmata a Gregor. XIIII. ex certa scientia. 10

Sed nihilominus inspecta qualitate dictæ clausulæ, ex certa scientia Vitalis, de Cambinis in tractatu clausularum, in ea clausula, *Ex certa scientia*, asserit, eam nihil operari nisi Papa super facto causæ cognitionem præmiserit, idque probat juribus, & authorum assertionibus: & hoc dicere voluit Panormita. in dict. cap. cum super, numer. 4. & Decius circa hoc plura dicit in dict. cap. ad hæc; numer. 6. de rescriptis, & communiter, dicta clausula in confirmationibus privilegiorū ponitur ad partis instantiam absq; causæ cognitione, quæ cum in facto cōsistat, tunc clausula nihil operatur iuxta Decii sententiam, ubi supra. 11

12 Ex quo apparere, ait, non iuridice loquutum fuisse Emanuelem Rodriguez, in quæstione. 8. articul. 3. tomo 1. dum asserit, quod etiam si Gregor. XIII. non confirmaverit Regularium privilegia, *Nisi quatenus essent in usu*, & Sixtus V. in eorũ confirmationibus illa verba (quatenus sunt in usu) subticuerit. Quibus sublatis, cum dictas confirmationes fecerit ex certa scientia, quod erat nullum, validaverit, Quod quidem affirmat non sufficere ex supra adductis.

*Vera Facti Species proponitur, ut constet nullam esse præscriptionem.*

Cap. II.

1 HVIVSMODI sunt D. Doctoris Leyvæ argumenta, quibus suam nititur defendere sententiam, sed quę per se satis ostẽdunt, facto non convenire, unde neque iuri. Non, inquam, facto conveniunt, Quoniam, quæ testes generaliter affirmant, nisi explicemus, ut sine dubio eorum depositiones explicari possunt, non ita se habent. Neque enim certum est, Iudicem Ecclesiasticũ Hispalensem esse in quasi possessione cognoscendi de omnibus causis civilibus Regularium, eo modo, quo legitima præscriptio locum habere posit. Veremur, ne quadam assentatiuncula aucupari animum iudicis voluerint, qui id de tempore immemoriali attestantur, etiam in Societate IESV, cum vix ea quadragesimum annum excedat, quo primùm Hispali sedem firmam posuerit; quare qui id generaliter affirmarunt, id animadvertere

vertere oportebat. Prætermittimus alia, quæ silentio præterierunt, quæ vel non interrogati tenebantur dicere; alia annotabimus infra, cap. 5. hac parte.

Vt se res habet, ita est, Iudices Ecclesiastici Hispalenses, qui Archiepiscopali præsunt curiæ, hoc sibi ius arrogarunt. Quod ubi aliquis adversus Regularē vel, Monasterium agit, huius rei Monasterii superiorem iubet certiorem fieri, & etiam præcipit, intra terminū à judice præfixum, cum actore rem componere, sin minus se de iure comminatur ulterius processurum, idque nullis censuris positis, quod si superior cum actore rem non transegerit, ipso actore instante, iterum secundo præfixo termino, iubet notificari; quo elapso Iudex. parte instante, in causa procedit, Regularibus minimè consentientibus, immò omnino contradicē-tibus, & Conservatores eligentibus, ut in sua exemptione ab ipsis defendantur. Interim lis inter partes cōponitur, ut in causa Societatis factum est, vel Iudex Ecclesiasticus à Conservatoribus inhibetur, ut in lite Carmelitarum accidit, in ea namque, Carmelitæ citati exemptionis privilegium opposuerunt, nec tamen destitit D. Doctor Leyva eos censuris compellere, donec Conservatorem elegerunt, qui eum censuris adegit, iurisdictione se abdicare, & eius in officio successor, coram notario publicè à iurisdictione destitit, & in causa se ulterius non processurum, affirmavit, ut excommunicatio contra D. Doctor. Leyvà lata, publicè non denunciaretur. Quod quidem frequentissimum est, ubi Conservatores extra Diœcesim Hispalensem eligūtur; quod si Hispali, vel in Diœcesi eligantur, vel iurisdictione se abdicant, vel facile

iudici cedunt, illius veriti offensionem, vel potẽtiam. Hoc verissimum affirmamus; & ut oculati testes fidẽ facimus, & attestamur. Et nos verum testimonium, (& si iniuratos) perhibere, norunt omnes, qui antè ipsum D. Doctor. Leyvam illi præfuerũt tribunali, qui adhuc plures superstites extant. Hoc etiam, & ipsa acta testantur, quorum nulla producet, ex quibus cõstet, nõ dico Societatem, quæ rarissimè in eo foro fuit in ius vocata, sed neque ullos alios Regulares volũtariè, & sine contradictione, Ecclesiasticorum iudicum consensisse iurisdictioni. Et hoc minimè D. Doctor. Leyvam potuit latere.

3 Tum etiam in facto deficit; Nec mirum, Quoniã, ut ipse fatetur, Societatis nõ viderat privilegia, Quare cũ illa nec legerit, nec ad manum habuerit, distinctiones adhibet ab ipsis privilegiis valde alienas. Non item iuri conveniunt, quia cum ex facto ius oriatur, necesse est, ius non congruere, ubi facti vera species deficit. Quæ etiam ex iure afferuntur, oportet ad incudem revocari.

*Nullam temporis præscriptionem adversus Regulares existere, ut coram Hispalensi Ordinario conveniri possint, planè ostenditur.*

Cap. III.

1 EX FACTI specie à nobis proposita constat manifestè, Ordinarium Hispalensem nunquã in pacifica possessione fuisse Regulares in ius vocandi, ita ut ipsi aliquo modo illius consenserint inris-

iurisdictioni. Vnde sequitur, quod sine possessione prescriptio non procedit, reg. sine possessione, de reg. iuris in 6. l. sine possessione de usu capio. Et in terminis, ut cõtra privilegium præscribatur, pacifica, & sine lite, requiritur possessio in dict. cap. Accedentibus de privilegiis, ibi. *Sufficienter ostenderint, quod à Templariis decimas de terris prædictis per quadraginta annos continuè perceperint sine lite, vos ad præstationem ipsarum tẽplarios compellatis.* Vbi glossa verbo, per. 40. annos. & perspicuum est, violentam possessionem ius conferre nullum, l. cum hæredes. §. item quæro. l. qui universas §. 1. de acquirenda possessione, l. 1. quod vi aut clam. Et quod fit parte prohibente dicitur vi possessum, ut optimè Bart. in l. sequitur. §. si fundum, numero. 1. de acquirenda possessione. Menochius de recuperanda possessione, remedio nono, num. 136. Et in his, quæ a superioribus fiunt vim præsumi, & nullam inde præscriptionem admitti, recte annotavit Innocentius in cap. si diligenti, num. 5. de præscrip. Lucas de Peña in l. litibus col. 2. cod. de agricolis, & Censitis lib. 11. Rolãd. à Valle, consil. 13. num. 48. volum. 3. Mascardus de probationibus volu. 3. conclusione. 1302. nume. 2. Et in iuribus incorporalibus præscribendis scientiã, & patientiam requiri, optimè probat Covarru. in relectione regul. possessor, in initio, 2. parte. nume. 8. Innumeros congerit Iosephus Marcar, de probationibus 3. part. conclusion. 1215. num. 38. At patientia cõsensum significat. ut in l. qui patitur, iuncta glos. A mandati, Neque enim quasi possessio haberi potest, nisi sciente, & consentiente adversario, ut recte ibi probat Mascardus, nume. 40. Et quidem nulla Regularium

patientia poterit probari, cum ſemper cõtradixerint, & omnino repugnarint.

6 Deinde actus privilegio contrarius, ſi coactus fuerit, non inducit privilegii renuntiationem. l. cura, de muneribus. *Nec* (inquit) *ſi per vim extortum munus fuerit, excuſationem, quam habet ab aliis muneribus, auferet.* Et in ſpecie Societatem IESV a decimarum ſolutione immunem eſſe defendit Iacobus Menochius, quamquam ſæviẽte bello Societatis Superior fuiſſet compulſus decimas ſolvere, quia ex huiuſmodi coacta ſolutione, neque privilegio derogatum, neque renuntiatum fuit, ut tradit d. Iacobus Menochius de præſumptionibus, lib. 6. præſumptione. 41. nume. 14. Qui in eam ſententiã adducit Roman. conſili. 107. nu. 13. Decium in cap. ſi de terra, de privileg. numer. 32. Marſili. conſil. 99. nume. 3. Bellenzinas de caritativ. ſubſidio. q. 61. & alios.

7 Adde, quòd ideo longiſsima illa tẽporis præſcriptione privilegium, ſive exemptio deperditur, quia ex ea tacita inducitur privilegii renuntiatio, ut qui tot annis uſi nõ fuerint, illud reſpuere, rejicere, & aſpernari videantur, cap. Accedentibus; cap. Si de terra, de privilegiis; Sed huiuſmodi præſumptio ceſſat, ubi apertè de contraria voluntate conſtat, maximè cùm quælibet alia admittatur præſumptio, potiùs quam quod quis voluerit privilegium repudiare, nempe quòd per coactionem in judicio comparuerit, quoniã actus tum demum dicitur talem inducere privilegiis renuntiationem, quando nihil aliud ex eo poſſet præſumi, ſecus vero ſi aliud poſſet præſumi, veluti coactio, vel obediẽtia, argumento cap. Cum M. Ferrarienſis

rarienſis de conſtitutionibus, ita Antonius de Butrio in dict. cap. Accedentibus, nume. 8. de privilegiis, ſequuntur omnes in cap. Cum acceſsiſſent, de conſtitutionibus, ubi Felinus, nume. 29. Decius, nume. 17. in 5. Abbatis concluſione verſiculo, 5. intelligitur. Iaſſon in lege finali, num. 58. verſiculo 2. limita, de conſtitutionibus prin. plures Anaſtaſius Germonius de Indultis Cardinalium, §. volumus, nu. 13. plurimos Ioſeph Maſcardus de probationibus 3. part. concluſion. 1264. à num. 1. Menochius, in dict. præſumptione. 41. num. 15. qui affert Puteum, deciſsione, 188. nume. 4. lib. 2. idem Menochius, concil. 402. num. 63. lib. 5. Ex quibus ſatis colligitur nullam poſſe contra Regulares allegari præſcriptionem, cum eorum nunquam acceſſerit conſenſus, ut Ordinarii ſe ſubjiciant iuriſdictioni, & coactio præſumatur, & non privilegiorum renuntiatio.

Ex alio item capite præſcriptio locum non habet adverſus privilegia, quia decreti irritantis clauſulam habent, ex cuius vi, nec tacite, nec expreſſe poteſt illis renuntiari, nec ulla adverſus illa admittitur præſcriptio, ita optime Archidiaconus in cap. Cum de benefic. num. 2. de præbẽdis in 6. ubi Ioannes Andreas, & Dominicus ſequuntur, nume. 5. Francus, nume. 4. optime Felinus in dicto cap. cum acceſsiſſent, num. 30. verſ. 4. limita, de conſtitutionibus, Iaſſon in lege finali, num. 58. verſ. 4. limita, de conſtitutionibus princip. Rota, in antiquis, deciſsione. 3. de privilegiis, latiſsime Anton. Gabriel, lib. 6. Receptarum, titulo de clauſulis concluſione 3. de hac clauſula, num. 18. & num. 40. Menoch. in dict. lib. 6. præſumptione. 41. num. 10. 8

9 Hæc enim clausula possessionem, sine qua præscriptio non procedit, inficit, & ut nostri dicunt, discolorat, ut ex Belemera, decisione. 66.& Caputaquensi decision.307.num.4.par.3.probat Anastasius, de Indultis Gardinal. §. alioquin,num.17.

10 Quod si vel ipsi Regulares Ordinarii iurisdictioni consensissent, tum ex prædicta clausula nullus esset consensus. Tum etiam sine Romani Pontificis consensu, de cuius præjudicio agitur, non possunt illum renuntiare, ex textu singulari in cap. cúm tempore. de arbitris,ubi Abbas, num.7. ait, ius libertatis ita cõjunctum esse inter exemptos, & superiores, ut commodè separari non posit. Abbatem sequuntur Tabiena verbo,exẽptus,nu.5. Angelus eodem verbo & num. Sylvester verbo, exemptio,nu.10.Ex quo provenit,quòd licèt adversus exemptos quadragenaria, sive sexagenaria admittatur præscriptio, ut infra cap. sequenti, hoc intelligitur in iuribus, sive rebus illis competentibus. At verò in libertate, propter quam Romano subduntur Pontifici, si illo iure utantur, cẽtenaria est necessaria, quemadmodum adversus Ecclesiam Romanam. Textus optimus, & in id expressus in cap. Cúm dilecta. vers. quia verò. de cõfirmatione util. vel. gaudet enim Socius Socii privilegio. l. si communem.ff.quemadmodum servi amit.In terminis Innocentius in cap.ad audientiã,in fi.de præscript. Iasson.l. si mater, num.10. C. de inoffici. test. Sed ab exemptis ius Sedis Apostolicæ est allegandum; quod quidem possunt sine ipsius mandato,ut optimè docet Abbas in dict.cap.ad audientiam,num.12.& 13. Felinus in cap. cúm olim.numero.3. de præscriptionibus.

Vbi id commendat Decius optime in cap.cum dilecta, numer.10.verſ.octavo nota. de confirmatione uti. Ioannes Baptiſta Confettius, in ſumm. titulo 12. de præſcripti. cap.1. facit optimè, cap. 2. de reſtitutione in integrum, cap. cúm olim. el.2. de privileg. Quòd ſi Sedis Apoſtolicæ ius non deducatur, ordinaria. 40. annorum, vel ſexaginta ſufficiet; ut dicemus, cap.5. infra in reſponſione ad 3.num.10.

Cui & illud accedit, quòd cúm hæc exemptio fuerit universæ Regularium Religioni conceſſa, nō poteſt à ſingularibus, & privatis in eius præjudicium renuntiari, arg.cap. At ſi Clerici, de judiciis. cap.ſi diligenti, de foro competent. Baldus in cap.cum ordine, num.4. de reſcriptis. Abbas in cap. cum acceſsiſſent, num.7. de conſtitut. ubi Decius, num. 18. Iaſſon in.l. fi.num.58.verſ.tertio notabiliter limita.de cōſtitutionibus princ.Menochius, lib.6. præſumptione.41. n.7. Facit illud, quod eſt Canonicis Regularibus lateranen. indultum; ut habetur in eorū privilegiis, fo.50.& in cōpendio Societatis IESV, verbo.Privilegiū.§.2. 11
Quod ſi quando cōtigerit per unum, aut plures actus contra privilegia, indulta, & immunitates, & gratias illis cōceſſa, aut ipſorū aliquod à quocumq; cuiuſcūq; dignitatis, conditionis, & gradus, & ſtatus exiſtat, ex negligentia, ſeu ignorantia præſentium, & futurorū, quibus conceduntur, aut alia quavis cauſa aliter attētari, vel obſervari, ſcienter, vel ignoranter, nullum tamē propter hoc præjudiciū indultis, gratiis, immunitatibus ipſis generatur; ſed illa in ſuo vigore, & pleno robore firmitatis perpetuo manent. Quo quidem privilegio per communicationem omnes Regulares 12

utuntur,

utuntur, ut optime Ioannes Baptiſta, in privileg. collectione, titulo. 3. cap. 3.

*Adverſus Societatis IESV privilegia, præſcriptio nullo modo poteſt eſſe completa.*

## Cap. IIII.

1 QVAE quidem omnia cum generaliter ad omnes Regulares pertineāt, & Societati maximè conveniant, ipſa etiam peculiariter ſuo iure utitur: quippe adverſus quam quadraginta annorum tempus tranſactum nō ſit, ut præſcriptionis titulo Ordinarius Hiſpalenſis iuriſdictionem ſuā poſſit tueri; etiā ſi concederemus illam ſe Ordinarii ſubjeciſſe iuriſdictioni, quod neutiquam, & nullo modo fecit. Diximus: quadraginta annorum, ſcientes adverſus Regulares, non poſſe minorem præſcriptionem, quam ſexaginta annorum allegari, ut vere voluit Eu-
2 genius IIII. Benedictinis id de plenitudine poteſtatis concedens, & Iulius II. idem conceſsit congregationi Sancti Salvatoris, ut in compendio Societatis, verbo præſcriptio, habetur, & tradit Ioānes Baptiſta Cōfettius in collect. privi. in ſummario, d. tit. 12. cap. 1. & Emanuel Rodriguez, dicta, quæſt. 8. articul. 2. tom. 1. Quem immerito rejicit dominus Doctor Leyva, nulla contra eum allata ratione. Nam quemadmodum
3 olim adverſus Regulares, triginta annorum præſcriptio ſufficiebat, in cap. ſi de terra, de privilegiis, & poſtea ex nova conſtitutione in cap. Accedentibus, eodē titulo, quadraginta annorum requiritur, ita etiā potuit Roma-

Romanus Pontifex ſexaginta annorum poſtulare. De poteſtate nulli dubium eſſe poteſt: neq; etiam de diſpoſitione, ex ſupra adductis, igitur omnino ſexaginta annorum præſcriptio requiritur adverſus Regulares.

Quæ quidem nondum completa eſt adverſus Pauli III. privilegia Societati conceſſa anno Domini 4
1549. ſed neque quadraginta annorum eſt completa
adverſus Pii V. literas datas anno 1571. quas initio 5
præmiſimus, quibus Societas IESV ex Mendicantibus eſſe declaratur, & omnia omnino privilegia Mēdicantibus competentia conceduntur, cum clauſulis ampliſsimis certæ ſcientiæ, & motus proprii.

Poſtea ter Gregorius XIII. & ultimo Gregorius 6
XIIII. anno 1591. motu proprio, & de certa ſcietia, & de plenitudine poteſtatis non ſolū cōfirmavit, ſed & de novo conceſsit, decernens nullo unquam tempore etiam ex eo quod intereſſe forſan habentes ad id vocati non fuerint, nec ullum adverſus eas quodcumque iuris, facti, vel gratiæ, remedium impetrari poſſe, ita redundantibus clauſulis, ut ſupervacaneum fuerit in iis immorari. Sufficiat dicere nihil omnino poſſe cōtra eas opponi, quominus ſuum ſortiantur effectum; 7
ut ex Collectario tradit Bald. in proemio decretaliū, numero. 34. Stafileus, titulo de vi, & effectu clauſularum, numero nono, Decius, concilio. 341. numero. 3. Ceſalus, conſil. 28. numero. 82. lib. 1. Alciatus de præſumptionibus, regula, 3. præſumptione, 11. numer. 15. Rolandus a valle, conſil. 1. nu. 68. vol. 3. alios omitto, quas quidem clauſulas ſi D.D. vidiſſet, aliter utique in hac re egiſſet, vel diſputaſſet.

Et

8 Et cum asserat Summum Pontificem fieri debuisse certiorem de facto, & iis, quæ in facto consistunt, clausula ex certa scientia non prosit, nisi habuerit Pontifex facti notitiam: Sanè oporteret, ut ipsemet D. Doctor Leyva exponeret, quid id esset, cujus certior fieri Pontifex deberet. An quod Ordinarius in ius vocare posset Societatem propter præscriptionẽ? Vtique id Societas asserere non posset, cùm tempore Pii V. non dum cepta esset præscriptio, cum vix tunc Hispali pedem fixisset, & multis post annis nunquam cum ullo litem habuisset. Et inter alios morbos, quibus illa testium receptio laborat, de quibus capite agemus sequenti, ille unus est, & non contẽnendus, quem supra notavimus.

9 Quòd cùm Societas IESV non ab immemorabili tempore Hispali degat, testes minimè tempus inceptæ præscriptionis dicant; & cum initium prorsus non dicatur, vel ignoretur, finẽ eius ignorare necesse est. Cùm enim in temporis spatio præscriptio fundetur, eam alleganti probandi onus incumbit, glossa, fi. in l. eum actum. de negot. gest. & finitã ostendere oportet, Bartolus, in. l. Si post, numero. 1. de rei vendicat. idem in l. Celsus, de Vsucapion. Optimè Aymon Craveta, consil. 201. num. 32. & 33. & de modo probandi late Ioseph Mascard. tom. 3. de probationibus, conclusio. 1216. & 1352. num. 1. & 3. Cephalus, consil. 82. nu.
10 51. lib. 1. Quid si addas? de hoc tempore detrahendũ esse quòd hæc civitas peste infecta fuit, quo proculdubio dormit præscriptio, Rolandus à valle, consi. 81. n. 38. volum. 1. & quam frequenter, & quàm multis annis in ea pestis grassata fuerit, omnibus notum est.

Deni-

Denique quòd hæc lis nō adversus Societatis Collegium, quod primum Hispali erectū fuit, sed adversus probationis domum, quæ ante quadriennium ædificari cepta, hac solummodo vice in ius vocata ab Ordinario fuit: & notissimi iuris est præscriptionem so- 11
lùm habere locum adversus eos, qui possidere passi sunt; nec enim extenditur, ut rectè notat glossa fin. 12
in cap. Accedentibus, de privilegiis, quia tantum præscriptum, quantum possessum, reg. sine possessione, de reg. iuris in 6. optimè Abbas, in dict. cap. Accedentibus, numero. 7. quod, & admitit D. Doctor Leyva, fol. 24.

Et quoad Collegium, & Domum professam Pii V. 13
Gregorii XIII. & XIIII. concessiones, & confirmationes non in forma communi, sed ut diximus amplissimis clausulis munitas, quæ novam concessionem efficiunt, utique siqua esset cepta præscriptio, quæ nullo modo est, illam proculdubio interrumperet, ut capite sequenti ostendemus, sicuti & illud, Hìc non agi de Ordinarii præjudicio.

*Argumenta contraria solvuntur.*
Cap. V.

DIFFICILIMAM Provinciam suscipit, 1
qui præscriptionem in sui defensionē adducit, cùm illa, maximè in his rebus incorporalibus, difficilimè probetur, ut omnes, qui de ea egerunt, satis declarant, & ex his, quæ supra diximus, cōstat. Cùm enim in facto consistat, à proponente probands

banda est; & cúm sit odiosa, contra eam interpretatio fieri debeat, latè Craveta, consil. 201. numero. 37. Menochius de præsumptionibus, lib. 6. præsumptione, 33. Mascardus, 3. p. de probationibus, conclu. 1213.
2 Ea namque negligentiam supponit, quæ utique non præsumitur. Rolandus, consilio, 53. numero. 18. volumine. 2. & supra relati. Vt in dubio semper contra præscribentem sit judicandũ, ut & ipsi Doctores modo relati asserunt.

3 Verúm enim verò, ne videamur aliquid prætermittere, quod scrupulum aliquibus generet, cúm satis argumenta dissolvi ex dictis posse videantur, nihilominus tamen sigillatim illis respondebimus, ex abundanti, cum illa argumenta supponant Ordinarium in possesione esse, iurisdictionẽ in Regulares exercendi, quod tamen omnino negamus. Ex quo capite, primo argumento iam Respõdimus, nullam esse possessionem vi acquisitam, quam oportet esse pacificam, ut præscriptio locum habeat.

4 Quod vero à D. Doctore dicitur de vi repellenda, admittimus, sed vicissim concedat, etiam Regularibus illam propulsare licere, conjectura verò à personis capitur, ut potentior inopi vim inferre credatur, confert quod Sanctus Iacobus scriptum reliquit, cap. 2. *Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad judicium?* Ab Ordinario Regulares in judicium trahuntur.

5 Vnde recte Innocentius III I. præsumit, Potentiores infimis vim facere; idque alii comprobant, quos supra, cap. 2. num. 3. attulimus. Et in his judicem spoliare, & vim facere probatur in cap. conquærente. de resti-

restit.spol.&.l.nec magistratibus de iniuriis. Vnde & defensio, quæ omnibus est licita, & iure naturali competit, denegari nō debet. Clem. Pastoralis.§.cæterum de re iudic.

Ad secundum respōdemus, multa dici notoria, quæ non sunt; unde providere debet iudex, ne quod dubium est, pro notorio habeat, ut bene respondit Alexāder Papa III.in.c.consuluit. de appellat. De hac tamen cōsuetudine, quam ita D.D. Leyva, & nos præscriptionem dicimus, de qua sine partis citatione, testes notario recipere præcepit, ut constat ex fine fundamē torum, ubi testium depositionem inseruit, & ibi constat sex mēsibus transactis notario mandasse, ut de consuetudine testes reciperet, in iudicis absentia. Plures defectus, ne dicam nullitates, referre possemus, tan quoad ipsam, quā quoad probationem. De ipsa iam supra aliqua diximus; de probatione advertere oportet. 6 7

Quód licèt iudex in eis, quæ ordinem iudiciarium respiciunt, & modici sunt præiudicii, posit per semetipsum sine partibus testes interrogare, & animum suū informare; nullo tamen modo id facere potest in his, quæ ad causæ decisionem pertinent; tunc enim oportet plenā citatis partibus adhibere cognitionē, sin minus nulla, & inutilis est probatio, minimeque parti nocet, ex.l.iudices.C.de iudiciis. probat optimé Bartol. in.l.de quibus.num.22.de legibus, ubi Ioannes Oroscius.num.110.Bart.Socinus.consil.36.num. 11. volu. 4.Decius consil.402.num.12.Roland. à Valle.consil. 53.num.37.vol.2.Mascardus.vol.1.concl.423. Menochius de præsumpt.lib.2.præsumpt.8.à num.12.Vnde cū in re maximi pōderis, & pręiudicii, & à qua omnis 8

eius pendebat iurisdictio, per notariũ sine parte, testes admiserit, nulli dubium esse potest, nullã fidem facere.

9 Deinde oportuit D.D. per semetipsum testes interrogare iuris peritos, quibus hæc nota esse solent, ut ait Oroscius supra, qui quidẽ qualitates omnes exprimerent; si enim cum omnibus qualitatibus non probetur præscriptio, vtique talis probatio inutilis est, ut recte Dominicus in.c.1.num.2.de præscrip.in.6. ubi Francus.nu.1.latissime.Mascardus.tom.3.concl.1213 nu.6. Quodsi D. D. testes per semetipsum examinaret, utique interrogaret de tempore, de scientia, & patiẽtia Regularium; an iurisdictioni consensissent, an vero contradixissent. Et quæ in hac re extitissent controversiæ, acta â notariis postulasset, ut rei veritatem eliceret, & agnosceret; Et proculdubio, quæ affirmavimus vera esse cognosceret, & indubitata. At non ita egit, sed perfunctorie, sex mensibus transactis, postquam inhibitionem adversus Societatis cõservatorẽ dederat, testiũ examinationẽ Notario cõmisit, qui testes assũpsit, qui plané sine ulla qualitate deposuerunt.

10 Ad tertium respondimus.cap.2.supr.num.8.&.10. sed superest respondeamus. cap.Suborta. de re iudic. &. c. dilectus de capel.monacho, quibus Sedi Apostolicæ reservatur, ut si illi præiudicium ex renuntiatione privilegii generetur, suam prosequi possit iustitiam. Cui aperté pugnat.c.cum tempore de arbitris: & quidem Bernardi declaratio non satisfacit: de illa cũ Abbate, & aliis supra.cap. 2.nu. 10.egimus. Quare ex Abbate, & aliis illa colligitur, quód eo ipso, quod Romano Pontifici, aut Sedi Apostolicæ ius reservatur, etiã loco exempto reservari; neque enim fieri potest, ut

ut si declaretur Sedi Apostolicæ ius in illam Ecclesiã, vel monasterium competere, ut immediate illi subiiciatur, & non Ordinario; quin consequenter declaretur illam, seu illud exemptũ esse ab Ordinarii iurisdictione. Et id est, quod in re communi, si minor restituatur, etiam maiori viginti quatuor annis idem beneficium competat, in. d. l. si communem, quemadmodum servitut. amittant. & in re communi, quam Ecclesia Romana cum alio habet, propter cõmunionem minor centenaria præscriptio non admittitur, ut rectè Innocentius in. d. c. ad audientiam de præscrip. Itaque eo ipso, quod Romanus ius Sedis Apostolicæ reservavit, intelligitur etiam & monasterii; sed oportet illud allegare, nam & in. d. c. suborta. nova privilegia invẽta non admittuntur ex eo defectu, quia restitutio in integrum non est petita, ut ibi Abbas annotavit. num. 5. Et in cap. cúm dilecta. de cõfirmatione utili vel inutili, centenaria prꝑscriptione Monasterium utitur, ex Sedis Apostolicæ iure; sed Abbatissa procuratrix constituitur Ecclesiæ Romanæ, ut eius nomine agat; sed id quidem ex abundanti, ut notavit Abbas in. c. ad audiẽtiam. num. 13. nam Ecclesia exempta sine Sedis Apostolicæ mandato potest de iure illi competenti excipere, ut ibi notat Abbas, & nos supr. d. c. 2. nu. 10. in quo est optimus text. in. c. 2. de in integrum restit. ibi: *Ius non tam suum, quàm nostrum fuerit protestatus.* Et in. c. cũ olim. 2. versic. nos igitur, de privileg. & certi iuris est, posse aliquem ius tertii alterius exclusivum, ex quo cõmodum illi resultat, producere, ut docet Bart. in. l. 2. num. 1. de exceptione rei iudica. Tiraquel. in. l. si unquam, verbo revertatur. numer. 356. C. de revocandis

11 12 13 14 15

donat. Canonistæ in.cap. mandatum de rescript. alios modo omitto.

16 Itaque ubi exempti iure Romanæ Ecclesiæ nõ utũtur, quia illud in iudicio non producunt, utique aduersus illos tempore ordinario quadraginta annorũ præscribitur; sicut & in aliis rebus; & ita procedit. c. suborta. de re iudicata, &.c. dilectus de capellis monach. & communis opinio, quã pro se posset pars adversa adducere, de qua in.c. ad audiẽtiam de præscriptionibus Balb. eodem. tit. 1. p. 5. partis principalis, in princip. nu. 59. ubi tantum unum verbum adiecit: *Sed quatenus præiudicatur Papæ, requiruntur centũ anni.* Ex iure verò Ro-

17 manæ Ecclesiæ centum anni competunt. Possunt & per cõmunicationẽ privilegiorũ. Vide Emanuel. Rodriguez. tom. 1. q. 36. art. 3. circa finem, ubi Eugenius IIII. & Pius. IIII. centenariam præscriptionem Regularibus quibusdam cõcessere. Hæc, ut diximus, ex abũdanti, sine veritatis præiudicio, quando verè Regulares in iurisdictionem ordinarii cõsensissent; quod minime fecerunt.

18 Quartum argumentum agit, quod ius tribuatur ex privilegii cõfirmatione, sive in forma communi, sive ex certa scientia; profunda sanè disputatio, & quæ integrum librum exigit, & ad rem de qua agitur, inutilis, & quæ potius confusionem pariet, quam quidquã utilitatis. Primó igitur constituimus, nos hîc agere de confirmationibus non informa communi; nullæ enim huiusmodi reperiuntur, neque Societati, neq; aliis Regularibus concessæ; sed de illis, quæ certa scientia, motu proprio, vel de plenitudine potestatis cõceduntur.

19 Tum etiam constituimus, nos hîc agere, quando con-

confirmatio impetrata est ante completam præscriptionem,& quæritur utrum illa interrumpatur per confirmationem, ita ut denuo incipienda sit præscriptio. Et contendit D. Doctor Leyva nõ interrumpere, nisi certam illius Pontifex habuerit sciẽtiam, licèt fiat certa sciẽtia. id, ni fallimur, est quod probare nititur, subobscurè enim aliquantulum loquitur.

Nos verò ex huiusmodi confirmationibus ceptam præscriptionem,& verius,& certius affirmamus interrumpi, ut præscribẽtes oporteat iterum ab initio præscriptionẽ incipere; ea enim natura est interruptæ præscriptionis, ut iterum sit incipienda. l. si ædes. 32. §. libertas, de servitut. Vrba. vbi DD. Balb. de præscriptione, 3. p. 6. part. principal. num. 1. in princip. Covarruv. in regul. possess. 2. p. §. 12. num. 7. 20

Sed præmittere oportet, in eo quod Regulares eximuntur, nullum cõsideratione dignum damnum Ordinarios contrahere; plus enim emolumenti in exemptione accipiunt, quàm detrimenti, cum eorũ ius nec in spiritali, nec in temporali commodo lædatur; qui tamen à solicitudine,& cura liberantur ex parte,& adiutores recipiunt, qui onus, & officii laborem sublevẽt. Quod cum Romanus Pontifex sciat,& quod, & quale illis inferat præiudicium, necesse non est, ut de hoc certior fiat. Primum probat optime. S. Thom. opuscu. 19. c. 4. colum. penul. *Ad id*, inquit, *quod dicitur, quod privilegia principum sunt intelligenda sine alterius præiudicio, dicendum: Quòd præiudicium dicitur fieri alicui, quando subtrahitur ei aliquid, quod in favorem eius introductum est, vel quod ad utilitatem eius ordinatur: sed subiectio alicuius subditi ad Rectorem Ecclesiæ non est Ordinata principaliter* 21

*paliter, ad utilitatem præsidentium, sed subiectorum. Vnde Ezechi.34. dicitur, væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges pascuntur à Pastoribus? Et ideo nullũ præiudicium fit Rectori Ecclesiæ, quando subditus eius à sua potestate eximitur, &c. Non solum autẽ, non facit præiudiciũ, sed præstat ei magnũ beneficiũ, quod maximè acceptatur à cunctis Rectoribus, qui non quærunt, quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi: Vnde super illud Num. 12. Quid æmularis pro me, glossa Gregorii dicit, Pia mens pastoris, quia nõ propriam gloriam, sed authoris quærit, ab omnibus vult iuvari in eo, quod facit.* Idem S. Thom. in.4. d. 17.q.3. artic.3. vers. ad quintam. q. ad.1. Soto. in.4. d.18. q.4. artic.3. ad.1. P.
22 Henrriquez. lib.7. c. 24. à num. 4. Secundum in simili declaravit Rota non esse præiudicium relevans, quod Episcopus non corrigat solus, sed cum plurium consilio, apud Cæsarem de Grassis decis. 89. alias.2. de iure iurand. & propterea non fieri debere à Pontifice mentionem iuris Ordinariorũ optime probat Parisius consil.22. num.5. lib. 4. De aliis vide quæ dicemus. 3. p.c. 9. num. 26.

23 Si quando exemptio conceditur, ferè nullũ est hoc præiudicium; quod quæso erit, cum Ordinarius inceperit adversus regulares præscribere, ut in suum forũ trahat? Vtique nullum omnino, quia præscriptio incepta, & nondum finita nullum ius in re adversus Dominum tribuit, cum facillimo negocio á Domino possit interrumpi. Duplici enim modo præscriptio interrũpitur, vel naturaliter, vel civiliter; naturaliter, si aliquod requisitum in possessione desit; veluti si præscribens possessionem amittat, etiam ex levissima causa, ut ex fluminis inundatione. l. 3. §. labeo. de acquirend. poss.

poss.vel ex alia levissima causa,ut in.l.qui fundũ, quẽadmodum servi.amittantur, civiliter per citationem, 24
vel litis contestationem. Tradidere Bald. latè supra, 25
& Covarr.d.§.12.num.1.Id autem, quod nostrum est sine facto nostro, ad alium transferri non potest. l.id, quod nostrum. De regul. iur. itaq; præscribẽtis nõ est donec impleta fuerit præscriptio. Ius itaq; in eo existit contra quem præscribitur, & ideo odiosa dicitur, tanquam absorbens ius alterius.c.potest. 19. q. 3. Menochius.d.lib. 6. præsumpt. 33. num. 5. Itaque per se, vel per alium potest quis interrumpere præscriptionem. Quia ius suum defendit, in quo alteri non facit præiudicium.

Ex duplici igitur capite interrumpitur per confir- 26
mationem præscriptio;ex capite impetrantis, & ex capite concedentis. Ex capite impetrantis,quia, ut diximus.c.2.supra.nu.4. in his iuribus incorporalibus possessio cõsistit in eo, quòd patiantur Regulares contra eos præscribi,sed eo ipso,quòd privilegium confirmatorium postulent,satis apparet, velle illo uti, & nolle illi renuntiare:unde & possessio cessat; quæ naturalis est præscriptionis interruptio, quam ètiam interrumpunt,ubi in ius vocati se exemptos asserũt. Et hæc uti- 27
que diligentia indicat satis nullam adesse partis negligentiam, quæ quidem mater, & altrix præscriptionis est. Aymon consilio. 132.num.12.Roland. Valle.consil.53.num. 18.volum.2.Et optime Iasson præscriptionem non currere adversus eum, qui non est negligẽs in.l.contra maiores.num.4.C.de inofficio.testam.

Ex parte verò confirmationẽ concedentis, ex clau- 28
sulis illis fortissimis,& amplissimis,ut omnes arbitrã-

tur leve aliquod tertii præiudicium tolli, ita omnes
29 quos supr.cap.3.num.7. Cephalus consil.96. num. 11. lib.1.latè & optimè Menochius de præsumptionibus. lib.2.præsumptio. 9. a num. 2. & consil. 20. num. 39. lib.1.& ex hac triplicata clausula: *Certa scientia, motu proprio, de plenitudine potestatis*, quæ planè latissimã, & enixam Principis voluntatem indicant confirmantis. l. Ballista. ad Trebellian. amplius quam id concessum esse intelligere debemus, ut optimè Rolandus con-
30 sil.71. à num.47.usque ad.50.volum.2. Cephalus consil.414.num.52.volum.4.optimè Menochius. supr. d. præsumpt. 9. num. 20. cum vel ipsæ potentissimæ essent ad privilegia novo iure concedenda, cum in confirmatione, potestas ad concedendum, vel auferendũ detur, & adsit; unde & id efficere possit; nullaque adsit subreptio, vel obreptio, quæ id impediat, vel falsitas in primis privilegiis; quibus concurrentibus confirmatio novum ius tribuit, communis est legistarum sententia in.l.more.aliás, & quia.ubi Oroscius.num.1. de iurisdict. omnium iudic. Canonistarum in.cap. inter dilectos, ubi Felinus.num.16.versi.fallit.4.de fide
31 instrument. Parum profecto huiusmodi clausulæ valerent, si quod pars ipsa per semetipsam facere posset, possessionem vel naturaliter, vel civiliter interrumpẽdo, non tribuerent; & minoris essent momenti, quam litem contestari. Quare meritò hanc sententiam tenuere Corduba in additionibus apud compẽdiũ Sorbi verbo, Absolutio quoad seculares.2. versi.quoad.§. 16.in fin. Emanuel Rodriguez.tom. 1.q. 8. artic. 3. in fin. Ioannes Baptist.d.tit.3.cap.3.in fin. Vbi recte ait, nunquam adversus privilegia Regularium posse quadrage-

dragenariam compleri præſcriptionem, propter frequentem illorum innovationem.

Ex his facilè patet diſſolutio argumentorum, & Canonum declaratio, quæ in contrarium adducuntur. Iulii quidem ſecundi declaratio, quæ habet, ut ſolùm cõfirmentur, quæ non ſunt revocata, neque conſuetudine abrogata; utique noſtram probat ſententiam contrario ſenſu; ubi enim præſcriptio non eſt completa, nullomodo dici poteſt privilegia per illam eſſe revocata; & cum nullum, vel modicũ partis verſetur præiudicium, nihil eſt quod ad Pontificis notitiam deferri debeat, quæ illius poſsit retardare diſpoſitionem, aut efficere difficiliorem, cum vel ipſa pars ſine Principis adminiculo poſsit id tollere impedimentum. Et, qui poſtulat privilegiorum confirmationem, & iuris & facti ſuppleri defectus, utique ſatis indicat, in uſu, & in aliis aliquid deeſſe, quod Principis indigeat gratia, & indulgẽtia. Hæc ſufficiãt in hac re, ſingula enim, quæq; perſequi non eſt in animo. Cenſemus tamen quòd vbi R. Pontifex cõfirmat abſolutè privilegia ex certa ſcientia, & motu proprio, & aliis verbis, quæ novam redolent cõceſsionẽ, & ſine illa clauſula, quatenus ſunt in uſu, omnia privilegia antiqua cõfirmare, etiã quæ in deſuetudinẽ abierunt, & ſolùm meram Romani Põtificis liberalitatẽ reſpiciunt, & indulgentiã, & in tertii præiudiciũ non reſultant. Cũ beneficiũ Principale, ſit latiſsimè cõtra ipſum interpretandũ. l. beneficiũ, de cõſtitutionibus Principũ. At veró in pręiudiciũ tertii, qui iam cõtra privilegiatũ legitimo tempore finitã habeat præſcriptionẽ, cum iam ab illo ius quæſitũ auferatur, non ita; vide Menoch. d. præſump. 9. lib. 2. à nu. 20.

32 33 34

*Tertio principali fundamento respondetur. In miserabilium personarum causis nunquam Regulares in Monasteriis degentes coram locorum Ordinariis conveniendos.*

Cap. VI.

1 OMISSA præscriptione, ad alia contra Societatem D. Doctor Leyva convertitur fundamenta, quæ tãtum illam respiciunt causam singularem, in qua à puella domus probationis Societatis in ius vocata est. In eo autem hoc argumentum vertitur. Sibi iurisdictionem in eo casu adversus Societatem competere, quia quæ agebat, tredecim annorũ puella erat, vtroque parente orbata, pro alimentis, & ut miserabilis persona fori habens privilegium, ex traditis à Covarr. in pract. c. 6. & 7. Et verisimile non est, adversus huiusmodi, nec privilegia, nec iura insurgere, ut invita cogatur contra Societatem agere Cordubæ, aut Granatæ, ubi Societas conservatorem eligeret, & cum tertii præiudicio privilegium non concedi. l. 2. §. merito. nequid in loco publi.

2 Hoc quidem argumentũ libenter Societas silentio prætermitteret, nisi pietatis causa, qua maximè vrget, plurimum Societati noceret; neque enim iustum est suam indefensam causam relinquere, dum aliorũ honestati aliquid condonat. Lõga disputatio est, quæ miserabilis persona dicatur, vide Menochium de arbitr. lib. 2. casu. 66. Mascardum. 2. p. de probat. concl. 1065. modo illam omittimus. Respondemus ergo ad hæc, Puella adversus domum probationis, legatum sibi testamento

tamento relictum petebat. Et cum ei vix alimenta deberentur, & dos ampla pro facultatibus, & alimenta maiora, quam pro qualitate darētur, à quibusdam malè inducta; contra ius, fasque sibi indebita postulabat; & ne res in iudicū deduceretur, Societas, maiora præstabat, ut modis omnibus illam placaret. Sed nil præstitit, cum quidam puellam dementassent. Vnde res ad Ordinariū delata, Societas non Cordubæ, neque Granatæ, sed Hispali Conservatorem elegit. In quo certè D. Doctor Leyva obiicit, ut exemptionis convellat privilegia, non quid in hoc casu Societas fecerit, sed quod facere poterat. Non semper privilegia sunt contra miserabiles personas. Si hoc fundamētum ad hanc tantum pertinet causam, nō est causa, propter quā opponatur, quod Societas facere poterat, sed in examen iustum deducatur, quod fecit. Quodsi Cordubæ, aut Granatæ conservatorem Societas elegisset; hoc miserabilium personarum privilegium est, ut in Regia curia in ius vocet adversarios: sed Regia curia multis parasangis distat magis ab Hispali, quam Corduba, aut Granata. Ex sua voluntate potest, ex conventi rei voluntate non potest? Neutiquam, quia miserabilis per- 4
sona contra pariter privilegiatum eo non utitur privilegio; immò qui potentius habet privilegium præfertur. l. verum. §. fin. optimè Covar. in pract. d. c. 7. à num. 4. Menochius. lib. 2. præsump. 72. à nu. 21. Quid igitur mirum, si adversus eos, qui maiora, & ampliora religionis causa habent privilegia, miserabilis persona suo non utatur privilegio, & sequatur forū rei. Cuius 5
rei fortissimum argumentum est, Sacrum Concilium Tridentinum. d. c. 14. sess. 7. vbi solum miserabilibus con-

concediture, ut coram locorum Ordinariis Regulares extra Monasterium degentes posſint convenire; & ita aperte id negavit adverſus eos, qui vitam in clauſtris tranſigūt. Dices id iniuſtum? Neutiquam. Ab uno igitur, aut altero extra Monaſterium degente aliquādo credi poteſt debitum negaſſe perſonæ miſerabili; at veró id nullo modo eſt veriſimile poſſe fieri á viris Religioſis, qui in Monaſteriis degunt, quin ab aliis
6 impediātur. Neque enim præſumi poteſt Religioſos, qui propter Chriſtum omnia dimiſerunt, & tot laboribus, & periculis perſonas, & res non dubitarunt exponere; velle miſerabilium facultatibus ditari. Vt recte Innocent. III. in c. 2. §. ſuper eo, de novi operis nūtia. vbi gloſ. notab. 3. *Nota pro Religioſis quòd ſemper præſumuntur bonam cauſam habere*. Pulcra. l. 2. titul. 10. part. 6.

7 Neque propterea illi damnandi, aut vellicandi, qui Dei amore ducti propria bona contemnentes, Eccleſiæ facultates ab improbis exactoribus defendunt, ut ſancti Paulini, & Hilarii exemplo docet Beatus Proſper Aquitanicus. libro. 2. de vita contempla. *Itaque homines* (Paulinus ſcilicet & Hilarius) *tam ſeculariū, quā Divinarum rerum doctiſsimi, ſi ſcirent res Eccleſiæ debere contemni, nunquam eas debuerant, qui omnia ſua relinquerant, retinere.* cap. expedit. 12. quæſt. 1.



*Quartum*

*Quartum principale dissolvitur argumentum. Et vera. c. cum personæ, de privilegiis. lib. 6. traditur explicatio.*

Cap. VII.

DENIQVE quoad secundam pertinet partem, ultimo, & quarto proponit, sibi à Societate IESV non fuisse exemptionis exhibitum privilegium; cúm tamen teneretur ex cap. Cùm personæ, de privileg. lib. 6. & licèt Conservatoriæ copia fuerit tradita, in ea solùm exemptionis fit mentio, quæ cum ex partis relatione constet, non est fides integra adhibenda. Et non requisita tenebatur Societas privilegia exhibere, ut docet Frãcus in. d. c. cum personæ. num. 3. confert quod Concilium Trident. sess. 24. de reformat. cap. 11. ait ibi: *De qua Ordinario constare debet*. Et licèt notoria esset exemptio, dubia tamen ex Innocentii constitutione, & ex consuetudine reddebatur; unde examine, & inspectione indigebat. Vt Francus in regula scienti. num. 4. de regul. iur. tribus itaque propositis difficultatibus, illis in hanc sententiã satisfacit. 1 2

Respondemus primo Societatem privilegia non abscondere, & Ordinario ostenderet libentissimè, si is postularet, licèt ad id in hoc casu nõ teneatur, non inquam tenetur. Quia notorium relevat ab onere probandi, ut tradit glo. cõmuniter recepta in Clementina appellãti, verbo alias causas, de appellationibus, latissimè comprobat Mascardus de probationibus. 2. to. conclus. 1108. à num. 1. Itaque quod notorium est, probatione non indiget, licèt debeat allegari, ut tradit eadẽ glossa. 3

glossa. Verùm enim verò in hac specie necessariã non esse allegationem scriptum reliquit Innocentius. IIII. in.c.ex parte.el.1.num.3. versic.Sed dices,de verbo. signific.his verbis. *Exempti autem, si notoria est exemptio, non tenentur comparere.ff.siquis satis dare cogantur. Si nota &.ff.de feri.l.1.Si vero dubium est,compareant allegaturi privilegium,& recedant. ff. de iudic.is qui ex communi.* Et Abbas Panor.in.cap.cum Ordinem.num.6.de rescript.*Quodsi Episcopus,* inquit, *citet istos fratres mendicãtes,qui notoriè sunt exempti, & iam dudum tolerati in privilegio exemptionis,quod ipsi non tenentur comparere, etiã ad allegandum privilegium eorum; Et nota quia in hoc multi simplices iudices decipiuntur.* Hæc ille & latè Felin. ibi num.8.sequitur Decius.num.4.versic.In eadem gloss. ibi:Ex quo Abbas infert.Petrus de Ancarrano in Clementina unica de excess.prælato. nu.8. & Bonifacius de Vitalinis ibi à num.36.qui tradit, processus in contumacia factos nullos, Tabiena verbo exẽptus ante numerum.1.Angelus eodem verbo nu.3. Silvester verbo exemptio.numer.8. Armilla eodem verbo.nume. 1. qui verba Abbatis referunt.Optimè Paulus de Castro.consil.341.nu.2.&.5. lib. 1. Francus in reg. scienti.num.4.de regul.iur. in.6. P. Henrriquez .d. lib. 7. cap.25.num.8.Ioannes Baptist.in summa. tit.5.de Regul.exemptione.cap.2.in medio.

4 Societatis autem I E S V exemptionem notoriam esse nemo dubitare posset,nisi qui nodũ in scirpo quęreret,& illius ignorantiam prætexere Ordinarius minimè debet in his,quæ omnes sciunt; paria enim sunt scire, vel scire debere. l. quod te mihi. Si certum petat. Navarr.in.cap.cum contingat de rescript. versic.

4.facit,

4.facit; vide Menochium de arbitrar. lib. 2. casu. 286. num. 8. Mascardum de probat. tom. 2. conclus. 879. à num. 3. & Castro.d.consil.431.num.4. Et D. Doctorē id latere non poterat, qui in Societatis IESV Collegio humaniores, & ingenuarũ artium acceperat literas, & in Emanuelis Rodriguez quæstionũ libris valde versatus videtur.

5 Sed quod magis urget est sacrosanctum Tridentinum Cõcilium in quo. sess. 25. de Regu. cap. 16. ita definit. *Per hæc tamen sancta Synodus non intēdit aliquid innovare, aut prohibere, quin Religio Clericorum Societatis IESV iuxta pium eorum institutum à sancta Sede Apostolica approbatum, Domino & eius Ecclesiæ inservire possint.* Si igitur ex generali Concilio constat Societatē IESV esse religionem approbatam, & in eodem Cõcilio ab Ordinarii iurisdictione Regulares omnino exēpti sunt, & esse intelligũtur. d.c.5. ses. 14. quid est, quod velit eius examinare privilegia circa exēptionē? Quod & cõfirmatur ex. c. 11. sess. 24. de reformatione, quod adversus nos adducit, in quo milites extra militiarũ domos versantes, ut ab Ordinaria eximantur iurisdictione, solúm sufficit, Ordinario ostēdere, quòd iuxta militiarum regulas professionem fecerint, non verò requiritur privilegium exemptionis ostendere, cum id præsumatur ex. cap. 5. sess. 14. de reformatione, ut nos supra. 1.p.c.5.num.6. perpendimus, & quæ. cap. 6. nu. 1. eadem parte diximus. Et Sixtus. IIII. in Prædicatorum literis, quas initio attulimus statuat. *Et omnia*, inquit, *quæ contra fratres, domos & loca dicti Ordinis quomodolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptione (ut pote notoria) non aliter allegata, nullius roboris, & momenti esse, & pro*

*& pro infectis haberi debere*. Idque in aliis etiam privilegiis dicitur. Et hæc quidem clausula connectitur illi clausulæ, quæ habet, Innocentii. IIII. constitutionẽ ad Regulares nõ pertinere, ut neque ratione rei sitæ, vel contractus initi extra locum exemptum, non teneantur privilegium allegare, ut pote notorium.

6 Ex quibus satis colligitur Societatem IESV non teneri Ordinario ad exemptionem comprobandam privilegia ostendere, neque in hoc casu locum esse capitulo. Cùm personæ, de privileg. in. 6. Quem textum de quo sæpissimè opponit Dominus Doctor, oportet hic explicare. Cum capitulum sancti Armani postularet ab Episcopo, ut Clericum, quem in vincula coniecerat, ut exemptum restitueret; Episcopus exẽptionis privilegium sibi ostendi postulabat, cuius occasione Bonifacius. VIII. statuit, exemptos à locorum Ordinariis requisitos, teneri illis exemptionis privilegia ostendere. Capicius decisс. Neapolit. 209. num. 7. Procedit itaque illa constitutio, quãdo Ordinarius de iure communi habet fundatam intentionem, ut ex eademmet consti. patet, bis id asserente, ibi: *Licèt Ordinariorum intentio de iure communi fundetur*. Et ibi: *Cùm de iure communi Ordinariorum intentio sit fundata*. Et ibi omnes Doctores notant. Sed in hac specie, de iure communi posteriori non habet Ordinarius intentionem fundatam, immó illam habent Regulares. Igitur illius capitis dispositio locum habere non debet. Is discursus legitimè procedit, & verissimum ostendimus ex S. Concilio Tridentino Regularium exemptionem probatam, ut nullum sit Ordinariis subterfugium, cũ pro exemptis sit præsumptio contra illos, ut supra osten-

ostendimus. Ipsi probare debent in illis iurisdictionẽ competere; onus enim probãdi illis incumbit, qui cõtra se præsumptionem habent. Et id tenet Ioann. de Imola in clem. unica, de excessibus prælatorum. num. 10. ubi ait: *Ex prædictis, & hoc textu colligit idem Guill. Quòd exempti, eo ipso, quo eximuntur, desinunt esse in personis, & bonis sub potestate Ordinariorum, nisi contrarium probetur de iure.* Et satis omnes, quos supra adduximus hoc capite. num. 3. asserunt consequenter. cap. cũ personæ, non habere locum in eis, qui notoriam habent exemptionem, & id S. Concilium Tridentinum magis ac firmius decrevisse constat. Vnde patet longissimè nos distare à casu. c. cum personæ.

Et licét id omnino cessaret, utique ex alio capite nõ esset locus illi constitutioni, expressè enim in ea cavetur, ut ad Ordinarii requisitionem exempti privilegia ostendant, ut omnes ibi notant, & Dominicus. num. 4. Paulus. d. consil. 431. P. Henrriquez, & Confettius ubi supra, nec ultro se debent offerre ad ostendenda privilegia. Nec contrarium voluit Francus. num. 3. agit enim expressè, ubi exempti in suam defensionem privilegia allegarunt, quæ tenentur probare, nisi essent notoria, ex omnibus supra adductis. Societas autẽ declinatoriam proposuit, & fori notoriam exemptionẽ, neque ab ipso fuit requisita Ordinario, ut exemptionis privilegia ostenderet. Cõservatorias verò literas. D. Licentiatus Petrus à Villagomez Cõservator electus, ut de sua constaret iurisdictione, misit iuxta. cap. cum in iure. 31. de offic. delegat. & iuxta Innocentii doctrinam in. capit. 2. numer. 1. de dilationibus, ut parêre Ordinarius non recusaret. Et ita capitis cum

7

8

personæ, constitutio in hoc casu locum non habet.

9 Denique ex literis Conservatoriis plenè Societatem IESV constat Conservatores habere, minimè obstante, quòd de exemptionis privilegio ex partium narratione fiat mentio, unde existimat D. Doctor debere ostendi iuxta authenticam. Siquis in aliquo. C. de ædendo, sed verius in hoc casu est contrarium. Quoniam ubi Pontifex privilegium concedit, quod in se determinatam, & certam continet dispositionem, & ad aliud se refert privilegiũ, tunc eius dispositio nõ est conditionalitèr accipienda, sed causativè. Vnde, cum sit dispositio certa, & indubitata, licèt non appareat de veritate causæ, vel demostrationis, adhuc privilegiũ debet observari. cap. Abbate. §. præterea de verborum signific. Notat Abbas ibi in conclus. & ibi. 1. additio. Aretinus optimè consil. 76. num. 5. Felinus laté in. c. 2. num. 10. & ibi Decius. num. 5, de rescriptis, & confirmatur ex doctrina Bart. in. l. eũ, qui. §. Iulianus quoque, de constitu. pecul. Oldradus. consil. 121. à nu. 12. Paulus de Castro consil. 17. num. 2. lib. 2. Iasson in. §. præiudiciales. num. 74. insti. de actionib. Optimé alios afferens, & inter eos Curtium Iunio. consil. 97. num. 4. Rota Romana diversorum. 2. p. deciss. 36. à num. 9. & is, ubi in casu ibi proposito.

10 *Quod cùm literæ Pontificis certum, & determinatum quid contineant, licèt referãt iam dudum per plures Romanos Pontifices illud idem concessum fuisse, & licèt supplicatio sit concepta verbis relativis, ibi, prout in literis Apostolicis desuper confectis pleniùs continetur, tamen huiusmodi relatio debet stare causaliter, non conditionaliter, & si causa vera non esset, nõ debet vitiare privilegium Innocentii.* Hactenus Cãtuccius decissionis


ſionis illius autor. Vnde cũ in noſtris literis appareat Pium. V. Societati conceſiſſe in quibuſcunque cauſis, tam civilibus, quàm criminalibus, & mixtis, etiam in eis in quibus actores, vel conventi rei fuerint, perſonas quaſdam determinatas in Conſervatores, & iudices Ordinarios aſſumere; ut his literis utantur, non opus eſt exemptionis oſtendere privilegium, licèt in libello ſupplici de ea fiat mentio, Ea enim fuit concedendi cauſa, & non conditio, quam veram oſtendere non eſt opus, iuxta omnes ſupra adductos, & alios, quos omittimus. Vnde ſatis conſtare Ordinario poterat, non eum, ſed Cõſervatorem electum illius cauſæ iudicem eſſe, coram quo domus probationis eſſet convenienda, etſi exemptionis privilegium non vidiſſet, quod utique ad verificationem gratiæ non erat neceſſe exhibere.

Ad illud quod ultimo D. Doctor objicit, exemptionem notoriam dubiam reddi ex Innocentii conſtitutione, & ex conſuetudine, unde privilegiorum inſpectio erat neceſſaria; Reſpondemus primo Societatẽ, quæ de ſua exemptione non dubitabat, non potuiſſe ſcire Ordinarii difficultates, & dubia, niſi ipſe proponeret, & iuxta iuris præſcriptũ requireret, ut ſibi privilegia oſtenderentur. 2. quod in eodemmet dubio, quod iudices ex conſtitutione Innocẽtii poterant movere, Doctores illi graviſsimi, quos num: 3. retulimus ſcriptum reliquerunt, non teneri exhibere notoria privilegia, ſed nec allegare, & Societatis exemptionem notoriã, nec D. D. negat. 3. quod dubitatio quã D. Doctor habet, non erat ex privilegiorum inſpectione removenda, ſed potius ex vera Innocentii. 4. conſtitu- 11

tionis, & illius innovationis in Concilio factæ interpretatione,& ex consuetudinis,seu præscriptionis vera cognitione tollenda. Denique quia nõ quælibet dubitatio reddit dubiam exemptionem, sed illa, quæ iure, & ratione fulcitur, & facile dissolui nequit. l. domitius labeo, de testamentis. Decius in.c.pastoralis.num. 5.versic.in eadem gloss.ibi, Non potest, de rescriptis, & huiusmodi non est, quæ ex Innocentii constitutione, & Concilii innovatione, & ex consuetudine provenit, quando ipsemet D. Doctor fatetur, se primum hanc movisse difficultatem, vnde illi suspecta esse debuit, ut supra.1.p.c.fin.num.5.diximus.

Francus veró, qui in reg.scienti. num. 4. in contrarium affertur, nostræ favet sentẽtiæ; asserit enim exẽptionem notoriam, non teneri exemptum allegare, secus si non esset notoria; quòd siquis habeat privilegium, quòd non possit excommunicari, etsi non sit notorium, non tenetur comparere ad allegandum. Societas utrumque habet privilegium, & ita ex Franco, qui contra nos opponitur, nõ est allegandum, nec producendum.

(.?.)



# TERTIA ALLEGATIONIS PARS IN QVA

## Argumenta, quæ à parte adverſa, quoad cauſam, & ordinem iudiciarium attinguntur, & nonnullæ propoſitæ ab ea quæſtiones dilucide, & breviter explicantur, & Regulares, & eorum exemptiones defenduntur.

*Ordinarium Conſervatoris literis parere debuiſſe, & nullo modo potuiſſe eius inhibere iuriſdictionem.*

Cap. I.



EVENIMVS AD TERtiam & ultimā allegationis partem, in qua D. Doctor Leyva ſex propoſitis in Societatis favorem argumentis, dum illis ſatisfacere conatur, varia, & multiplicia de iudicibus conſervatoribus, de delegatis, de Ordinariis, & de inhibitionibus congerit, quorum nonnulla ad hanc diſputationem minimè pertinere arbitramur, quæ nos libenter prætermittemus; illa vero, quæ cauſam concernere videbantur, & attingere, examinare curabimus. In quibus liquido conſtabit minimè argumentis in favorem Societatis propoſitis ab ipſo

ſatisfieri, neque iure defendi poſſe, quód Ordinarius, iudicis Apoſtolicæ Sedis delegati iuriſdictionem inhibuerit graviſsimis impoſitis cenſuris. Sequemur autem eius ordinem in argumentis proponendis, licèt non eodem modo, ut ipſe ſimul, ſed primum cum ſua reſponſione, & illi noſtram replicationem annectemus, ut argumenti vis detegatur, & ſolutionis appareat diſſolutio; & eo ordine ad ſecundum, & reliqua procedemus.

1 Primum igitur, quod cõtra ſe proponit D. Doctor Leyva, argumentum eſt. Quia ſi ex dictis prætenſi iudicis Conſervatoris literis contra ipſum decretis aliquod dubiũ, & difficultas procedere videatur, propter quam illis parere non deberet coram dicto iudice cauſam dicere, & allegare (ut ipſe præcepit) opus erat, quia delegatus de validitate ſui reſcripti cognoſcere debet, coram quo cauſa eſt alleganda, quæ contra reſcriptum ſuæ iuriſdictionis opponitur. capit. ſuper literis, de reſcript. l. præſcriptione. C. ſi contra ius veluti pub. & utrobique communiter Doctores. Reſpondet his verbis.

2 *Ad primum dicitur diſtinguendum eſſe inter Conſervatores, & delegatos de Regularium exemptionibus cognoſcere prætendentes, ipſis Regularibus Ordinariam iuriſdictionem declinantibus, & inter delegatos ex vi reſcripti Apoſtolici ad alias cauſas, primo caſu per novam Bonifacii. VIII. conſtitutionem in dict. capit. cum perſonæ, de privileg. libro. 6. coram Ordinario ſunt exemptionis privilegia exhibenda, & coram eo, vel alio de eius commiſsione tractandum de dictorum privilegiorum validitate; & hoc Conſervator, vel alius delegatus impedire non debet. Alioquin*

*quin Ordinarius contra eum procedere potest, & eius literis non parere, ut infra in responsionibus ad. 2. & 3. argumentum dicam. In secundo vero casu iterum subdistinguimus, aut inter partes contenditur de validitate rescripti, & in hoc casu exemptiones debẽt coram delegato allegari, ut in. capit. super literis de rescript. Aut partibus super hoc contendentibus delegatus procedit ad inhibendum causæ cognitionem, vel alium actum Ordinario, coram quo pendet causa, & actu inhibet; quo casu Ordinarius parere debet, si sibi constat de iurisdictione delegati per ostensionem rescripti, vel de ea sit dubius, quia in dubio obediendum est iudici. Lucas de Peña in. l. prohibitum, versicul. & nota. C. de iure fis. libro. 10. Si verò certus sit Ordinarius, delegatum non habere iurisdictionem, vel in eius inhibitione, sit certa nullitas, vel iniustitia, non debet illi parere, neque coram delegato tenetur eam allegare, ut dicam in responsione ad. 2.* Hæc ille. 3

Prima distinctionis pars ad nostram pertinet disputationem, quæ quidem à D. Doctore probanda erat, quam neutiquam probat, neque in aliis locis. Tria enim distinctionis prima pars complectitur, quæ vera esse ostendi oporteret, quæ si deficiant, & ipsam deficere necesse est. Primum quoad hæc in iure distingui, inter Conservatorem delegatũ, & inter alios rescriptorum delegatos, ut hi quidẽ, sua nè sit iurisdictio, cognoscant; illi verò de hoc nullam habeãt cognitionem. Deinde ita privativè ad Ordinarium pertinere de exemptionis privilegiis cognoscere, ut neque delegati Conservatores ex eorum vi procedere posśint, donec Ordinarius ea inspexisset, examinasset, & approbasset, toties, quoties eis uti vellent. Denique Ordina- 4

dinariis id ita concessum, ut ipsi delegati ab eisdem Ordinariis per censuras cogi possent, ut à iurisdictione interim desisterent, donec privilegiorum examen fieret, quæ minimè probat, neq; ex cap. Cum personę, potest probari, neque ullomodo elici.

Primò, quia caput, Cùm personæ, minimè in hac specie locum habere, supra. 2. part. cap. vltimo ostendimus. Tum etiam cùm exemptio sit notoria, nō est necesse, ut in judicio probetur, & privilegium producatur, Tum quia, ut illi constitutioni esset locus, expresse requiritur, quod Ordinarius privilegium sibi ostendi requirat, & irrequisiti non tenentur ostendere. Quod neutiquam D. Doctor in hoc casu postulavit, nec de privilegiis exemptionis ulla fuit contraversia. Sed planè adversus domum probationis Societatis, ut contra subditos exercuit iurisdictionem, & Conservatoris inhibuit iurisdictionem, Quod longe

6 distat à cap. Cum personæ. Oportet D. Doctoris responsionem perpendere, & in quo illius fallacia consistat, detegere. Cùm Bonifacius VIII. statuerit, teneri exēptos, ut Ordinariis requirentibus ostendāt exēptionis privilegia, Inde colligit non posse suam iurisdictionem impediri, si contra exemptos procedat, neque Conservatoribus locum esse. Hoc utique non infertur. Si autem Ordinarius iuxta illius constitutionis formam requireret exemptos, ut sibi exemptionis privilegia ostenderēt, quæ alias non erant notoria, neq; in generalibus Conciliis approbata, ne parêrent in hoc Ordinario, neque ostenderent, Conservatorem eligerent, qui eos à tali exhibitione defenderet, tunc D. Doctoris responsionem locum habere nō negamus,

gamus; non tamen contra eum procedere poteſt, ut ex infra dicendis patebit capite ſequenti. Ecce apertè ſpecies à D. Doctore in prima diſtinctionis parte propoſita, ſed hæc quàm lõgiſsimè diſtet à noſtra, nemo eſt, qui non videat, ipſis ſolum ſuis inſpectis fundamentis. Non licet mutare facti ſpeciem. Societas quidem ſua privilegia licèt notoria, & à Sacro Cõcilio Generali Tridentino approbata, utique Ordinario oſtendere non recuſaret, cùm & aliis inſpicere volentibus facilè concedat, & lingua vulgari typis excuſſa circunferantur aliqua in vita B. P. N. Ignatii, & Petrus Matthæus vulgavit illam, Aſcendente, & in aliis Bullariis circunferuntur. At verò cùm contrà iura, & exemptiones, in cauſa civili, coram ipſo Ordinario convenitur à Puella, ut dicebat, miſerabili, optimè, & iuſtiſsimè Conſervatorem, & iudicem Ordinarium elegit, ut ſuã defendat exemptionẽ, contra quoſcunque illa infringentes, ut rectè conſulit Cardinalis conſil. 130. num. 9. & nos infra, tum ut ipſa Puella domum probationis coram ipſo poſſet in ius vocare, cũ ſit Societatis Ordinarius iudex: eius iuriſdictionem minimè potuit impedire D. Doctor, quod ut rectè feciſſe defendat, illum quærit colorem, ſibi competere exẽptionis privilegia videre, quod quidẽ ſi in hac ſpecie locũ haberet, neque delegatã impedit iuriſdictionem, neque ullã Ordinario præbet. Quod utrũq; à nobis probandum eſt, ut & illa tria, quæ ex prima diſtintionis parte propoſuimus, iure nõ ſubſiſtere demonſtremus. 7

Cùm enim Societatis IESV Conſervator, & Sedis Apoſtolicæ delegatus, & iudex Ordinarius ſit, vt 8

apertis verbis in literis Cōſervatoriis aſſeritur, & nos infra.c. ſequenti, latè dicemus, & ad illum primæ inſtantiæ cognitio in cauſis Societatis pertineat, ut probat Ioan. Bap. in ſummari. titul. 4. de Conſervator. c. 7. & verè ſit delegatus, ut nos probamus infra c. 5. nu. 4. ſed per D. Doctorem delegatus cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, in.c. ſuper literis, de reſcriptis. Igitur Cōſervator, qui eſt delegatus cognoſcere debet. Ratio ergo differentiæ aſsignanda eſt, ut hæc argumenta nō procedāt, quæ non aſsignatur. Deinde cum ſit delegatus, & ordinarius iudex Societatis, Iudex cauſæ præparatæ, eſt etiā cauſæ præparātis.l.Ordinarii.C.de rei vendicat. Vbi Gloſ. & D.D. Felinus latè in. ca. ſuper literis, de reſcript. nu. 19. igitur qui de cauſa principali cognoſcere debet, etiam de præparatoria, quæ quidem cauſa in hoc iudicio nulla alia eſſet, quam præſcriptio, in qua Ordinarius nititur. De qua cognoſcere delegatus deberet, qui in ſuis literis iuſtificativam clauſulam adiecit, ut ſi Ordinarius ſentiret ſe gravatum, ſe auditurum pollicebatur, iuxta ſententiam Bartoli receptam in.l.1. c.de executione rei iudi. de qua Nauar. in. c.cum contingat, in.8. nullitatis cauſa; quod ſi Ordinarius cōpareret, in ſimplicē citationē reſolveretur, ut ibi Nauarrus.

9 Præterea Delegatus eſt Ordinario maior. c. ſanè. 11. de offi. delegati.c.2. de offic. legati.c.cum contingat, de reſcriptis. Felinus in Regul. de offic.delegati, & in d. c. ſané, ubi Decius num. 1. Lancellotus de attentat.2.part.c.20. num.69. Menochius conſil. 92.n.8. lib. 1. Anaſtaſ. Germonius de Indult. Card.§. per quæ ſublatis.num.66. & 72. Borgninus Cavalca. deciſsio. 20.

20.num. 30. & in terminis quod Conservator in causa sibi cõmissa sit Ordinario maior, & etiam legato nato tradit optimé Ancharranus consil. 132. num. 4. quem sequitur Carolus Ruinus consil. 3. circa illud, volu. 4. quem refert, & sequitur Quintilianus Mandosius de signatura gratiæ, titu. de conservatoria; sed ubi inter duos iudices est contentio, cui causæ cognitio competat, ad autoritate maiorem pertinet cognoscere, & declarare cuius sit iurisdictio, vti ex Antonii de Brutio sententia in. c. cæterum, de iudiciis tradit Felinus in. c. Pastoralis. num. 4. ubi vers. secundo nota. vbi ex Roma. Butrio, Angelo dicit cõmunẽ, de rescriptis. bené Lancellotus d. 2. parte de attentatis. c. 20. num. 4. dicit cõmunem Iason in. l. 2. num. 19. ff. siquis in ius vocatus non. Vbi Ioan. Horoscius num. 13. Covarru. in practicis. c. 33. num. 1. qui eam rationẽ assignat, propter quam Ecclesiasticus Iudex seculari præfertur in cognitione de fori privilegio. Igitur cum Conservator sit delegatus, & ordinario maior, ad eum spectat de hac causa iudicare; & in hoc illi Ordinarius deferre tenebatur. 10

Denique id confirmatur, quia in casu. c. cúm personæ, cum Ordinarius exemptos requirit, ut sibi exẽptionis ostendant privilegia, tunc Ordinarius, sive ab eo deputatus, ut videat privilegia, non debet iudicis partes assumere, sed extra iudicialiter procedere, ut rectè docuit Anto. de Butrio in d. c. super literis, quem refert Dominicus in. d. cap. cum personæ. §. si autem, numer. 2. *Dominus*, inquit, *meus Anto. de Brutio respondit ibi aliter ad istum textum, quód Episcopus non iudicat in causa propria, sed ostenditur sibi privilegium Apostolicum,* 11

*&*

*& ipse inspicit illud , & si apparet, quod inducat exẽptionẽ, dicet quód obstat ; si non inducit , dicet non obstat ; si erit dubium, remittet decisionem ad Papam de iudic. cum venißent .* Et in hoc sequuntur Dominicus, & Francus num.2. & in effectu idem tenet Innocentius in. c. venerabili num.4. de censibus, ubi idem Butrius num. 10. & in.c.ex parte el.1. de verborum significa.nume. 3. Innocentium sequuntur Ioannes Andr. & Archidiaco. in.d. c.cum personæ, & Alexander. consil. 1. nume.11. volum.5.& Butrii sententiam dicit communiter teneri Felin. in.c. super literis,n. 24. Decius n.4. in ca. ad audientiã, de appellationibus, ubi id expresè Ioann. Anto.de Sãcto Georgio num. 8. ibi, *Sic Ordinarius inspiciat privilegia extraiudicialiter* . Commendat
12 maximè Borgninus Caval. decisione. 28. num. 8. Et licét aliquo modo Decius dissentire videatur , utiq; procedit, quando exemptus non privilegio, sed præscriptione se defenderet ; tunc enim cum illa in facto consistat, & testium probatione indigeat, oportet Ordinarium iudicis partes assumere, ut Dominicus supra dixit. Nos verò asserimus Butrii sententiam communem obtinere, ubi Ordinarius ex sola privilegiorũ inspectione sine alia disquisitione , posit exẽptionẽ competere, scire, tunc enim Ordinario iurisdictio non datur, ne in propria causa iudex existat.c.1.4.quæst.4. & l.1. & toto titu. C. nequis in sua causa iudicet. Quod multo magis obtinebit , ubi Ordinarius de iure communi non haberet intentionem fundatam, sed præscriptione sibi iurisdictionem competere assereret; tũc enim iam non iudex, sed pars formata existeret; & locum non haberet caput, cum personæ, que in eo quod

Ordinarius de iure communi fundatam habeat intentionem, nititur, ut nos.c.vlt. 2. partis diximus.

Vnde constat.c. cum personæ, nec delegato Conservatori iurisdictionem adimere, nec Ordinario illã tribuere. Cõstat etiã quãtũ á recto, & iusto sit alienum, non solúm non delegato deferre, sed etiam per censuras, ut causæ cederet, adigere. Secundam distinctionis partem, & subdistinctionem omittimus, quia ad nostram non pertinet disputationẽ illã examinare. 13

*Inhibitio ab ordinario contra Conservatorem decreta, multis nominibus nulla, & iniusta ostenditur.*

Cap. II.

SECVNDO Loco D. Doctor Leyva nostras agens partes illud proponit argumentum. Quia stante Conservatoris inhibitione, nullatenus potuit Ordinarius contra eum procedere, quia per inhibitionem iudicis, adeo ligantur manus, ut ad nullum possit progredi actum. c. non solùm, de appellationibus in.6. & gesta ab huiusmodi iudice sunt ipso iure nulla, etiã si in inhibitione clausula anullatoria non ponatur; ornat eam sententiam Doctorum autoritate. Huic idem argumento respondet latissimè, & nifallimur, quas iam olim aliorum delegatorum, & eorum inhibitionum notarat iniustitias, hic recenset minutè, & eorum defectus, & inhibitionum tractatum exhibet, Iudices Ordinarios contra eas animosiores efficere conatur, ut delegatorum nullis, & iniustis obsistant inhibitionibus. 1 2

Asserit

3 Asserit itaque. 1. nonnullos delegatos non iudicis, sed partes actoris assumere, & ad appellantis favorem non servato iuris ordine ab inferioribus causas avocare, iura omnia non sine magno reipublicæ detrimento violari, confundi, contemni, ac illudi. Duo adhibet remedia, primum, ut quæ recte constituta sunt, à superioribus serventur; secundum, ne inferiores facilè in parendo huiusmodi iniustis, & nullis mandatis se exhibeant, quibus impuné non obedire possunt, si iuris servaverint ordinem, immò ad id tenentur Deo, & hominibus. Iniustis namque, & invalidis inhibitionibus potest autoritate propria inferior contravenire, & illis spretis ad ulteriora progredi, ut plures grauissimi Doctores asserunt, iureque Pontificio, Sacroque Concilio Tridentino conceditur, & iure naturali, quo vim vi repellere licet. Quibus non obstantibus nihilo meliores delegati effecti, etiam suæ delegationis spreta forma, adversus Ordinarios temeré procedunt, & in illos censuris crudeliores quasi pellem vivis detrahere contendunt, exemplo sit quidam delegatus in causa divortii, nescio cuius Mariæ de Vergara. Limitat conclusionem in Rotalibus inhibitionibus, quibus omnino parendum esse constat, preter quàm, ubi notoriè de earum iniustitia, & nullitate constaret. Denique undecim congerit casus, in quibus inhibitiones sunt nullæ, & iniustæ. 1. Si appellatio denegetur, in illa causa, tunc inhibitio á superiore facta est nulla. 2. in appellatione frivola. 3. idem in notoriis. 4. idem in causa iudicii possessorii. 5. si non fuerit legitimé appellatum, id est, post decem dies. 6. si post tres sententias conformes. 7. Si in appellatione non exprimatur

tur iusta causa. 8. Si delegatus iurisdictionem non habeat. 9. Si ante causæ cognitionem inhibeat. 10. Si delegatus ex rescripto subreptitio procedat. 11. Si cõtra rescripti formã. Vnde infert nõ recte quosdã existimasse in literis ab Auditore Cameræ emanatis in causa Canonicatus Hispalensis, quem D. D. possidet, & à Sede Apostolica quidam Canonicus Toletanus impetravit (sic enim rerum humanarum fert vicissitudo) in earum executione, de qua agit, & limitat in rei iudicatæ executione, veluti etiam ipse obtinuit in illo ditissimo beneficio de Alcaudete Diœcesis Toletanæ. Quo in his Ordinarius se gerat modo, cautionem tradit, & nullitates in quadam Canonici Vallisoletani inhibitione refert. Et tandem Surdi sententiam consil. 424. nu. 3. rejicit asserentis, delegato competere de inhibitionis nullitate, & iniustitia cognoscere, quoniam plures contrariam tenent.

4 Hæc breviter perstrinximus ex his, quæ ipse latè, & diffusè prosequitur, quæ vel examinare, vel impugnare in animo non est. Sed quorsum hæc tam longo repetita principio? An quia quod iniustè alii delegati fecerint, hoc in omnes alios redundat? Vis de iudicibus maiora legere Audi Cyprianum flumine eloquẽtiæ aureo dicente Donato. *Incisæ sint licèt leges duodecim tabulis & publico ære præfixo iura præscripta sint, inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec illic, ubi defenditur, reservatur. Sævit invicem discordantium rabies, & inter togas pace rupta forum litibus mugit insanum, hasta illic, & gladius, & carnifex præsto est, ungula effodiens, equuleus extendens, ignis esuriens ad hominis corpus unum supplicia plura, quàm membra sunt. Quis inter*

*inter hæc vero subveniat? Patronus? Sed prævaricatur. Iudex? sed sententiam vendit; qui sedet crimina vindicaturus, admittit, & ut reus innocens pereat, fit nocens iudex.* Hæc & alia iustè contra iniustos iudices merito dicũtur. Quid ergo, propterea iusti non maximo in pretio habendi? Immó ut rari laudandi, venerandi. Sed cũ D. Doct. aliorum iudicum sigillatim recensuerit nullitates, & iniustitias, ut hæc omnia suis fundamentis convenirẽt, oporteret, ut assignaret, in quibus Societatis conservator peccaverit, cum manifestè constet, illum nec latum unguem à iuris præscripto recessisse. Nõ enim temere D. Licentiatum Petrum de Villagomez Domus probationis elegit Conservatorem, vt eam per iniustitiam defenderet, sed eum, qui literis, & virtute insignis facilé suaderet adversariis, etiam contra Societatem id, quod iustum, rectumque esset, iudicaturum, quod & D. Doctor sperare debuit, quem eo nomine Synodalem iudicem esse signatum non ignorabat.

6 Fatemur quidem iniustas, & nullas inhibitiones posse inferiorem non admittere, non dico spernere, aut contẽnere. Oportet enim iudices in his cauté, & solicité procedere, ne dum ex abrupto procedunt, divinam offendant Maiestatem, & quando Sancti meminimus Cypriani, audi eundem. *Nam cum omnes milites Christi custodire oporteat Imperatoris sui, tum vos magis præceptis eius obtemperare plus convenit, qui exemplum cæteris facti estis, & virtutis, & timoris Dei.* Lib. 2. Epis. 15. Si enim Ordinarius desiderat suis obediri mandatis; & superiorum oportet illum obedire; &

7 quod in aliis damnat, ipse maxime fugere, vt & cæteris

cæteris sit exemplo. Sed ipse adversus iudicem delegatum inhibitorias decrevit literas, in quibus necesse est concedat id, quod in aliis faciendum decrevit. *Quod enim quisque iuris in alterum statuerit, ut ipse eodemmet utatur summam habet æquitatem, & sine cuiusquam indignatione iusta; quis enim aspernabitur idē ius sibi dici, quod ipse aliis dicit?* Lege. 1. quod quisque iuris. Si igitur inhibitionem contra Conservatorem Societatis decretam ostenderimus nullam, & omnino à iustitia deviasse, optimè ipsum in caput suum argumentatum dicemus, & sagittam retortam in ipsum recidisse sagittarium; cùm tamen ipse nihil vitii asignaverit in Conservatoris nostri inhibitione. Maximè hoc ostendere oportet, ut à similibus caveāt Ordinarii inhibitionibus. 7

Indubitati iuris existimamus, iudicem, qui non servato iuris ordine adversum aliquem procedit, existimari, non iudicem; sed privatum, & ita agi contra eum posse, ut conta quemlibet alium privatum, c. conquærente, de restitutione spoliat. ubi notatur, & Abbas notat, in.c.cum causa, not.4. de officio delegati. *Tene menti, quod factum iudicis non ritè procedentis æquiparatur facto privati, &c. Vnde posset iudici de facto resisti, sicut & privato.* Et in hoc communiter ab aliis recipitur, ut tradit Navarrus in c. cum contingat. 7. nullitatis causa num. 10. de rescript. quod & magis obtinebit cum iudex omnino incompetens in sibi non subditos, ius dicere tentet. l. fin. ff. de iurisdictione omniū iudi. & in. l. prima, secunda, & finali. C. si à non competenti iudice, & in. l. 3. de officio præsidis. Graveta cōsilio .302. numero. 4. de utrisque latè Rolandus á 8 9

L Valle

Valle conſil. 6. à numero. 12. uſque ad. 30. volumi-
ne. 2.

10 Cùm igitur iudex Ordinarius ſit omnino incom-
petens, vt non poſsit adverſus Regulares exemp-
tos procedere, ut ex omnibus ſupra adductis conſtat,
& bene Ioannes Baptiſta confettius in ſummario ti-
tulo de Regularium exemptione cap. 2. in medio, uti-
que duplici capite Ordinarius, Societatis domum pro
bationis in ius vocando, eius privilegia violavit, ut
privatus; & tunc Conſervatoris officium locum ha-
11 bere nemini dubium erit, tum ut illam defendat, tum,
ut iudex Ordinarius iuſtitiam poſtulanti contra eam
adminiſtret, ut patet in literis Conſervatoriis. Gregor.
XIII. ibi *Et aliis rebus ad dictam Societatem communiter
vel diviſim ſpectantibus, à quibuſcumque perſonis, tam ſæ-
cularibus, quám Eccleſiaſticis, ac quacumque authoritate,
& ſuperioritate fungentibus, quomodolibet indebité mole-
ſtari.* Vnde iuſté Conſervatorem elegit Societas,
12 ut ſuam defenderet exemptionem, optimé conſulit
id Cardinal. conſil. 130. n. 9. rectè Gloſa in Clemẽ-
tina unica, verbo permittant. de exceſsibus prælatorũ,
omnibuſque ſuam iuriſdictionem quoquo modo tur-
bãtibus, iure delegatus inhibet, ca. 1 & ibi Abbas, & De
cius, de officio delegati. Lancellotus. 2. parte de attẽ-
tat. c. 20. nu. 75. Et cum rectè Conſervatores contra
Epiſcopos procedant, illis formam, & procedendi nor
mam tribuit text. in. ca. quia pontificali, de officio de-
legati in. 6. ibi. *Vt cùm á iudicibus, vel Conſervatoribus á
Sede Apoſtolica deputatis contra eos (ſcilicet Epiſcopos) ad
coactiones aliquas, ſive pœnas fuerit procedendum, gradus
13 & modeſtia in huiuſmodi proceſſu ſervetur.* Et ita op-
timè

stime Petrus Ancharranus dicto consil. 132. quem diximus supra numero. 9. sequi Carolum Ruinum, & Mandosium, scriptum reliquit. *Sequitur etiam, Conservatores, & subconservatores posse contra dictos Diœcesanos, Metropolitanos, & legatos procedere, & eos punire, si eos turbare præsumpserint, in iurisdictionis exercitio, vel cognoscere de prædictis causis.* Cúm autem Societatis Conservator legitimè processisset, & literas inhibitorias iustas, & secundum iuris formam dedisset ad Ordinarium; ille è contra suas adversus Conservatorem direxit brevissimo assignato termino, intra quem sub excommunicatione latæ sententiæ præcipiebat, ut iurisdictioni delegatæ cederet, & causam sibi remitteret. Quæ quidem literæ novē nullitatibus erant munitæ, ut illis Conservator pareret, & obtemperaret.

14 Prima nullitas manifesta est, quod inferior adversus superiorem inhibitoriam dederit, & eum excōmunicatione ligare tentaverit; quod nullo modo potest, capite cum inferior, de maiorit. & obedientia. ubi glosa. 1. & Doctores capite inferior sedes. 21. distinct. Navarrus in manuali. cap. 27. nume. 13. Alciatus consil. 48. Hac in attentatorum lib. 6. Gregorius Sayrus in Thesauro lib. 1. cap. 6. num. 36. Lācellotus de attentatis. 2. p. cap. 20. nnm. 35. & limitatione. 20. & optimè Ancharra. supra, qui quidē asserūt, & cēsuras, & inhibitiones nullas esse. Sed iam cap. 1. n. 15
10. huius tertiæ partis ostendimus, Conservatorem superiorem esse Ordinario, cúm Romani Pontificis vice fungatur; & ideo meritò ait in literis. *Nostris, immò verò Apostolicis obedire mandatis.* Anastasius

 de

de indultis Cardin. 5. per quæ ſublatis, à numero 71 & ita Epiſcopum, ut in his cauſis inferiorem, cenſuris coercet, ut in d. capite, quia Pontificali, de officio delegati in.6.

16 Secunda nullitatis cauſa, quòd ab executione incæpit, & dedit inhibitionem cum excõmunicatione latæ ſententiæ, ſine ulla clauſula iuſtificativa; quæ manifeſta eſt nullitas. l. 1. C. de executione rei iudicatæ. latè Navar. in d.c. cum contingat. 8. nullitatis cauſa, de reſcriptis. alios omittimus.

17 Tertia nullitatis cauſa, quòd Ordinarius adverſus inhibitionem per delegatum factam, ulterius contra ipſum proceſsit; quæ manifeſta eſt nullitas, ex textu expreſſo, in capite, ſi ſoli. de conceſsione præbend. in 6. ubi inhibitio facta Epiſcopo per executorem literarum Apoſtolicarum, facit actum poſtea ab Epiſcopo factum, nullum, & quód æquiparatur talis inhibitio clauſulæ, irritum & inane; & ibi notatur; & Caſſadorus deciſsione. 2. numero. 7. de reſtitutione ſpoliatorum, Lancellotus de attentatis. 2. parte ca. 20. numero. 16.

18 4. Nullitatis cauſa, quòd in omnibus privilegiis Societati conceſsis, & etiam in literis Conſervatoriis, quarum copia exhibita fuit Ordinario, adeſt clauſula. *Irritum & inane ſiquid contra ipſas ſcienter vel ignoranter contigerit attentari*. Quod nullitatem ingerit manifeſtam. d. c. ſi ſoli. de cõceſsione præbend. in. 6. De qua clauſula nos late ſupra. 2. parte capite. 2. nu. 8. egimus. Tradit Felinus c. cæterum, n. 19. & ibi Decius n. 32. de reſcriptis, Octavianus deciſ. Pedemõt. 5. numero. 2. Rebuffus in lege quod iuſsit. 2. notab.

notab. num. 93. de re iudica. Mandosius in regula. 7. cancellar. quæst. 4. nu. 3. P. Henrriquez d. lib. 7. cap. 25. num. 5.

5. Nullitatis causa, quia sicut in literis Apostolicis. Pauli. III. Societatis personæ excommunicari nõ possunt, ita nec eius causa Conservator. Ibi. *Nec ullis prælatis contra aliquem de prædicta Societate, vel contra alios eorum causa aliquam excommunicationis, &c. sententiam ferre liceat.* Quod ab Ordinariis servari omnino præcipitur in. d. c. volentes. §. in eos, de privileg. in. 6. & nequis propter exemptos excommunicetur prohibet, c. quanto amplius. de privileg. & ea exẽptio afficit etiam iudicem ignorantem, ut tradit Francus in regula scienti. n. 4. de regul. iuris in. 6. 19

6. Nullitatis causa, quia cuiuslibet iudicis scientis se nõ habere iurisdictionem processus est ipso iure nullus, etiam si aliquis iurisdictionis color adsit famigerabilis. text. in. cap. si duobus, de appellationibus, ubi Panormit. & iudicis non solum scientis, sed etiam dubitantis de iurisdictione sua, acta ipso iure sunt nulla, & inania. Bartolus receptus in. l. multum. 21. num. 2. de cõditionibus, & demostra. Felinus, & Decius in c. 2. n. 1. de officio delegati, & probatur cap. scicitatus, de rescriptis. cap. prudentiam, de officio delegat. optimè Navarrus. d. cap. cùm contingat. 11. nullitatis causa num. 1. &. 2. Ant. Massa Gallesius de formula Cameræ. oblig. 3. parte de processu ipso á numero. 4. Rota Romana diverso. decisione 69. numero 1. parte. 1. affert Ferretum consilio. 85. alias 75. Sebastianus Vantius de Nullitat. titulo de nullitate ex defectu iurisdictionis numero. 169. Menochius 20

chius de Arbitrar. libr. 1. quæstione. 75. numer. 6. Et in hac causa non potuit non Ordinarius scire se iurisdictionem non habere, aut saltim de ea dubitare, tum propter ea, quæ supra adduximus; tum etiam, cũ ipse in sua allegatione asserat, locum esse debere Arbitris in forma iure electis, quibus declarare competebat, cuius esset iurisdictio, Conservatoris ne, an Ordinarii; & id faciendum affirmat, inter ipsum, & Cõservatorem á Carmelitis Cordubæ electum, igitur iã fateatur etiam necesse est, idem Hispali in Societatis Conservatore faciendum; & ita dubiam esse suam iurisdictionem, & contra suamet fecisse sententiam, qui non ad arbitros causam remiserit, sed excommunicationis gladio in re dubia usus fuerit. Conservatoris natura non mutatur, quod Hispali, & non Cordubæ eligatur. Præstat quidem extra Diœcesim Conservatorem eligere.

21 7. Nullitatis causa, quòd pro domo probationis fuerit oppositum, Ordinarium, iudicem illius causæ non esse, eo quód, ut notorium, manifestumque erat, Societas IESV, & eius personæ exemptæ omnino essent, & iudicem proprium habere, coram quo cõveniri poterant; & ita Ordinariũ obtestabantur, ut á causæ cognitione abstineret; quod si ulterius procederet ab eo appellari tanquã ab illato, & inferendo gravamine, quæ quidẽ appellatio, cũ causa expressa efficit, ut omnia á iudice facta, sint nulla: c. ad præsentiã, de appellationibus; & tanquã á iudice incõpetẽti facta, sunt nulla. l. fi. C. si á non compete. iudi. Menochius consil. 2. nume. 150. libr. 1. Rolandus consil. 37. num. 12. lib. 1. Navarrus in dicto. capite cum contingat. 14. nulli-

nullitatis causa. Toto titulo C. Nil novari appellatione pēdēt. Alexād.cōs.99.n.3.vol.5. Decius cōs.200.in casu n.1.Lācellot. de attēt. 2.p.c.12.in præfat.n.75.

8. Nullitatis causa, quód cum manifesté, & evidēter iniusta fuerit inhibitio, & excommunicatio in ea fulminata, huiusmodi iniustitia nullitati æquiparatur, & de ea tanquam nulla agitur, Abbas in ca. inter cæteras nu.10. & ibi Felinus eodem nu.de re iudicata. Dominicus consil.48.n.9. Cephalus consil. 77. nume. 63. li. 1. Borgninus Cavalcanus decisione 28.num. 51. 22

9. Et ultima nullitatis causa, quód in ea inhibitione brevissimum assignaverit Conservatori terminum contra cap. constitutionem, de sententia excommunicat. in.6. ubi notatur, & Navarrus in d. ca.cum contingat, causa.5. Et licet ex necessitatis causa abreviari terminus permittatur in.d.c.cōstitutionem: Hîc nulla poterit assignari iusta, cum á conservatore trium dierum spatium fuerit concessum; & ipse brevissimū præfixerit, nisi illa huiusmodi habeatur, ut delegatus si nō pareret, illico excommunicatus denuntiaretur, ut distributionibus privaretur maximis die festivo sequenti; & ne rerum suarum iacturam faceret non levem, obtemperaret. Quapropter, vel potius Ordinarii veritus indignationem, nullo modo ignorans censuras, & inhibitionem nullas & iniustas è re sua arbitratus est, cum Ordinario non contendere, & iurisdictione se abdicavit. 23

Ex quibus cōstat, verūm esse quod initio proposuimus, quæ D. Doctor adversus Conservatores, & delegatos proponit remedia, multo præstātiora esse, ut Conservatores se ab Ordinariorum tueātur censuris. 24

Quod etiam obtinebit, ubi iidem Ordinarii excommunicationis ſententias, & alias cenſuras in Regulares protulerint, quas nullas, nulliuſque roboris eſſe conſtat, ex eiſdem fere cauſis, aut ſaltim quod ab incompetenti omnino iudice latæ; & ex his quæ in quarta, & quinta, & ſexta cauſa diximus. Vnde nullo modo Regulares ab Ordinariis poſſe excõmunicari recte probat Pater Henrriquez dicto. libro. 7. cap. 25. numer. 7. & lib. 13. cap. 25. num. 5. Gregorius Sayrus lib. 1. Theſauri cap. 8. num. 7. Ioannes Bapt. in Summar. titulo. 5. de Regularium exemptione c. 2. verbo. Tertio liberantur.

*Ordinarium non poſſe coercere Conſervatorem in his, quæ ad iuriſdictionem delegatam pertinent.*

## Cap. III.

1 TERTIO D. DOCTOR IN SOcietatis favorem ita argumentatur. *Quia delegatus in cauſa ſibi commiſſa, eſt Ordinario ſuperior, in qua ſe intromittere non poteſt, neque de iuriſdictione illius iudicare. cap. ſtuduiſti. de officio legati. c. cum contingat, in fine, de reſcriptis capite Sanè, de officio delegat. capite ut noſtrum, de appellationibus, propter quód dictum iudicem compellere non potui ad revocationem ſuarum literarum, neque in illius iuriſdictionem me intromittere.*

2 Satis diffuſé huic argumento reſpondet, & eodemmet ordine, quo ſuperiori, nimirum generali doctri-

doctrina tradita, quę minimè nostro casui posit adaptari. Ait enim, Gigantē de pensionibus quæstion. 70. scriptum reliquisse, pensionis executorem, si gravamen debitori inferat contra iuris ordinem, posse Ordinarium adiri, qui de manifesta, & notoria nullitate, quanvis inferior cognitionem habebit. Cumulatque alia multa in hanc sententiam.

3 Sed in his duo illi probanda erant, ut suam sententiam comprobaret. Primum Societatis Conservatorem contra ius, & iustitiam nimium excedendo deliquisse, ut ab Ordinario coerceretur, ut privatus & non delegatus. Secundum, potuisse se contra illum, ut à iurisdictione delegata desisteret, uti excommunicatione, utrumque certè, & in facto, & in iure improbabile; iustisimè namque Conservator in causa egit, & nullum ius, vel doctor affertur, qui asserat, posse contra delegatum, Ordinarium agere per excommunicationem, ut à sua delegationis causa omnino desistat, & illi potius, quam Romano Pontifici obtemperet. Nos pro delegato regulam communem habemus, cui semper standum est, donec contrarium probetur, iuxta notata in lege, omnis definitio, de regulis iuris, Rolandus consil. 5. à num. 5. volumine. 4.

4 Est autem Romani Pontificis regula, & decisio, qua tradit, modum quo Ordinarius, cum delegato gerere debeat, si ipse à recto & iustitia deviarit. Alexander III. in capite Si quando, de officio delegati, *Ordinarius*, inquit, *iudex non debet iudicis delegati mādato resistere violenter, sed apud ipsum instare, ut differat eos*

*eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.* Et ibi gloss. & Doctores. Innocentius item. III. in cap. cum contingat de rescriptis: *Licet autem*, inquit, *ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere, nulla tibi attribuitur potestas, ut inter delegatos, aut partes de iurisdictione debeas iudicare*. Ex quibus regula ab omnibus constituitur.

5 Non esse ab Ordinario Delegato violenter resistẽdum, ita Innocentius, Panormita. Felinus, & Decius, in. d. c. si quando, de officio delegati, qui Innocẽtii doctrinam, & distinctionem recipiunt dicentis. *Iudicibus enim*, inquit, *malè procedentibus ad ea, quæ non sunt sibi cõmissa, resistere possumus, & contra eos competit interdictũ unde vi, argum. ff. de iure fisci, prohiberi; sed si aliter circa ea, quæ sibi commissa sunt male agant, licèt hoc certum sit, tamen eis resistendum non est, nisi per appellationem, &c.* Et in terminis optimè probat Ancharranus. d. consil. 132. quem ex Mandosio in tractatu de Signatura gratiæ. tit. de Conservatoria, sequitur Ruinus. consil. 3. volum. 4. qui asserit, nullo modo licere Ordinario, etiam quod sit Metropolitanus, & legatus natus, in Conservatorum causis se immiscere, etiã eo prætextu, quod gravamen subditis inferant, cum ad Romanum solum Pontificem eorum cognitio pertineat, cum à delegato ad delegãtem, sit appellandum. cap. super quæstionum, de officio delegati, sequitur Mandosius supra.

6 Ex quibus omnibus illùd apertè cõstat, duo requiri, ut iudici resistatur de facto; & manifestam iniuriã, & quód damnum, quod reparari non potest, inferant, tunc enim post appellationem violenter exequẽti, resisti posse admittunt supra relati Doctores, & Platea in

in.l.prohibitum.C.de iure fisci.lib.10.in fin.Oldradus consil.89.num.3.quem admittit Rolandus.consil.37. num.10.volum. 1. Guillelmus Benedictus in repet. c. Raynuntius, verbo, mortuo itaque testatore, el. 1. numero.181.

Sed in hac nostra specie lõgissime distamus ab his, quæ traduntur à Doctoribus, cum neque Conservator extra casum sibi commissum exercuerit iurisdictionẽ, nec gravamẽ intulerit irreparabile partibus; quodq; alio quovis medio posset gravamini obiari, præcipuè cum in sua inhibitione usus fuerit clausula iustificativa: *Si senseris te gravatum*. Denique, cum Nuntius Apostolicus esset in Hispania, cum potestate Legati de latere, ad quẽ facillimus erat recursus. Licet enim regulariter, à Conservatore non appelletur ad Nuntium, neque is Conservatoris posit impedire iurisdictionem.c.studuisti, de offic.legati. Ancarran. & Mandosius supra Ioann. Baptist. Confetti. in summario.tit. 4.de privilegiorum Conservator.cap.7.circa fin. Legati tamẽ de latere ferè semper speciale recipiunt mãdatũ, ut posint de causis aliis delegatis comissis cognoscere, inter literas Sixti. V. circunfertur.2.part. bulla.35. 7

Quare satis mirari non possumus D.Doctorem, qui in sui defensionem hîc congeserit, quæ Doctores asserunt in gravissimis, & apertissimis iniustitiis per delegatos partibus illatis irreparabiliter, vel cũ delegatus crimen aliquod commisit, quæ omnia toto cœlo distant à nostro casu, & à remedio censurarum, quo ipse usus est, quod nullus ex his, quos adducit affirmat, sed nec affirmare potest, tunc Ordinarium posse in Conser- 8

servatorem censuris procedere. Sed ubi excedit de facto, de facto resistere, his, quæ diximus concurrentibus. Referemus aliquorum Doctorum sententias.

9 Abbas in.cap.fin.num.17.de rescriptis, qui pro cõtraria adducitur sententia, ait: *Et conclusio sit hæc, quod aut delegatus deliquit in non procedendo, & tunc quia solùm excesit contra Papam, in non parendo mandatis ipsius. Non potest per alium inferiorem puniri; aut deliquit perversè agendo, & tunc potest puniri per Ordinarium loci, quia nõ convenitur ut delegatus, sed ut criminosus; sed dicit Ioannes Andreas, se non credere quód pendente causa coram eo, possit conveniri coram Ordinario, saltim ubi impediretur procedere in causa sibi delegata. Nam respectu illius causæ dumtaxat est maior Ordinario, ut in. c. studuisti, de offic. deleg.* Hæc Abb. alienissima sanè à nostro casu. Nam agit, ubi Conservator, vel delegatus pendente delegatione crimen committeret, veluti homicidium, adulterium, utique illius cognitio ad Ordinariũ pertineret; & optimè tũc adverti debet Ioan. Andr. distinctio. Idẽ Abbas affertur in.ca. significavit.num.2.de offic.Ordin. in quo, cum facultas detur Ordinario, ut suppleat

10 negligentiam delegati, addit Abbas. *Secus autem ubi non immineret peccatum, ut puta quia causa esset pecuniaria, nam tunc delegato Papæ negligente Ordinarius non se intromittit, sed recurrendum est ad ipsum Papam secundum Hostiensem, & bene, nam ex quo causa commissa fuit delegato, exempta est à manibus Ordinarii; unde non potest Ordinarius se intromittere.*

12 Cardinalis Zabarella ubi multa, quæ D.D. adducit, retulisset ex Lau. sententia in Clemen. 1. num. 16. de offic. Ordinarii, tandem concludit: *Hæc opinio habet*

*æquitatem summam, quando superior talium exemptorum monitus per Ordinarium non corrigit; sed antequam moneatur, nullatenus procedit, cum non debeant confundi iurisdictiones. Item post monitionem, de iuris rigore non procedit dicta opinio &c.* Qui latê prosequitur negando Ordinariis iurisdictionem. Idem tradit ibi Ancharranus n. 4. *Coerceat eos de facto, inquit, non iuris censura, quam exercere non possunt in tales.* Idem Imola numero. 6. ibi. Natta consilio. 257. numero. 5. vol. 2.

Martinus item Navarrus, qui acerrimè cõtra huiusmodi iudices delegatos nulliter procedentes, scriptum reliquit, nil aliud (asserit) ad Ordinariũ pertinere, quàm declarare, censuras ab executore latas, nullas, & non servandas, ut constat in. d. cap. siquando, de rescriptis, reme. 4. ubi egit de Ordinarii potestate Ordinario commissa, ubi delegatus in sua excederet commissione. 12

Vnde satis liquet, quo sensu sint accipiẽda, quę hic à Domino Doctore traduntur, ut cautè in praxi recipiãtur, & ne iurisdistiones confundantur, & ne contra ius, fasque Ordinarius Conservatorum impediat iurisdictionem; quodquidem iustissimè iure prohibetur in clementina unica, de excessibus prælatorum, ibi. *Processus iustè factos, seu sententias iustè latas à delegatis Sedis Apostolicæ, vel à conservatoribus pro exemptis publicari seu executioni mandari à suis subditis non permittunt.* Quod utique graviter prohibetur, & ibi notat glosa verbo, non permittunt. Quanto gravius est censuris latis eorum impedire iurisdictionem, & ab executione literarum Apostolicarum prohibere, utique maius est, & gravius. Notatque ibi Cardinalis Zabarella notab. 13 14

notab.6.Ordinarios in carcerem trudentes Regulares exemptos extra casus à iure permissos, in excommunicationis sententiam incidere; idem tradit Capucinus in annotationibus compendii, verbo, conveniri. Pater Henrriquez lib. 7. cap.25. num.7. Ioannes Baptista in summa titul. 5. de Regular. exemptione c.2. in fine. convenitque, quod in comisione quam Paulus III. Pontifex maximus dedit Illustrisimo Cardinali Alfonso Manrrique Archiepiscopo Hispalensi, qui tres monachos in carcerem cõiecerat, qui suum interfecerant Provincialem. *Teque, & eorum singulos á sententia, censuris, & pœnis prædictis, si quas præmissorum occasione ex dicta carceratione forsam incurristis, Apostolica autoritate tenore præsentium absolvimus.* Vt refert Bernardus Diaz in praxi. cap.96. de Parricidio.

25 Quamquam igitur iniuria, & violentia sit à proximo propulsanda, & omnibus iustitia reddenda, & crimina punienda; sed id ab his, qui iurisdictionem habent, & iuris ordine servato. Neque enim, quod iniustum est, iniustè est corrigendum, dicente scriptura *Iusté quod iustum est persequeris.* Deuteronom. 16. de qua sententia optimè & latè Insignis Card. Paleotus de sacri consistorii consultationibus in conclusione totius operis membro.1. scitè & apposite Abbas Paphnutius, quibusdam monachum alium increpantibus & culpas exprobantibus dixit. *Vidi in ripa fluminis hominẽ usque ad genua in limo demersum; venientes autem, ut eum porrecta manu extraherent, usque ad collum demerserunt.*

Cùm itaque Ordinarius in Conservatorem censuris egerit, valdé á iusto & recto deflexit, ut satis ostẽdimus, quod etiam ex suis fundamentis constat, cum non

non assignet, in quo Conservator defecerit, & ipse fateatur, Arbitris locum esse: de quibus consequenter modo agemus.

*Vtrum in hac specie Arbitri in forma iuris eligi debeant, qui inter Conservatorem, & Ordinarium iudicent, cui causæ cognitio competat.*

## Cap. IIII.

CONTENDIT D. Doctor Leyva Arbitros in forma iuris eligendos, ubi inter Conservatorem, & Ordinarium de iurisdictionis cõpetentia inter ipsos cõtroverti cæptũ fuerit, ait enim. *Quod si delegatus, & præcipue Conservator non quiescat, sed ad vlteriora procedat, ex aliqua probabili causa, ita ut contra illum procedere Ordinarium non sit tutum, recurrendum est ad arbitros, ut disponit Concilium Tridentinum cap.5. Sessione.14. de reformatione, & dicit Felinus in cap. pastoralis num.2. & 3. de rescriptis, ubi probat, regulã (quód arbitri non eliguntur nisi in casibus á iure expressis) extendi posse ad similes.* 1

Verùm enim veró caput illud.5. Sacri Cõcilii Tridentini Sessione.14. de reformatione, nõ agere de Regularium Conservatoribus nulli dubium esse potest; agit enim de illis Conservatoribus, qui á singularibus personis exẽptis, vel á capitulis Cathedralium eligũtur, & nominatim ea costitutione regularia loca non comprehendi cavetur; unde ergo per extensionem, & similitudinem in his regularium Conservatoribus locum 2

cum habere, nititur probare D. Doctor, Sed ut nostrã aperiamus sententiam præmittere oportet.

3 Duobus præcipuè casibus arbitri in forma iuris eliguntur (tertium omitto inusitatum, de quo in capi. si clericus, 11 quæst. 1.) Primus est, quando iudex à parte suspectus dicitur, eliguntur arbitri in forma iuris, qui de suspicionis causa cognoscant. Secundus est, quãdo inter duos iudices cõtenditur, utroq; prætendente sibi in causa cognitionem competere, tum etiam eliguntur arbitri, qui causa cognita iurisdictionem competere declarent, cui secundúm iura competit. De primis agitur in capite suspicionis, de officio delegati, capite secundò requiris. §. 1. de appellationibus, capit. legitima, eodem titulo in. 6. ¶ de secundis in cap. pastoralis, de rescriptis; de utrisque simul agitur in cap. ab
4 arbitris, de officio delegati in. 6. ¶ Vtroquecasu tam recusationis ob suspitionem, quàm competentiæ iurisdictionis, à partibus ipsis contendentibus, sive litigãtibus eliguntur arbitri, textus expressus in. d. capit. ab arbitris, de officio delegati in. 6. ubi Ioannes Andreas, Dominicus num. 5. Francus num. 1. & in d. capi. pastoralis, de rescriptis, ubi Abbas notab. 1. & in capite secundò requiris. §. 1. de appellationibus, ubi Abbas nu. 15. Nisi adversarius desit tunc altera pars & iudex
5 conveniunt, cap. cum speciali, de appellat. Asserimus itaque. 1. In utroque casu, nimirum si singulariũ personarum, vel Ecclesiarum Cathedralium Conservator suspectus recusaretur, vel inter ipsum, & Ordinarium de iurisdictionis competentia, orta controversia fuerit, arbitri in forma iuris sunt eligendi, qui has causas secundũ iuris dispositionem decidant, ut sacrum

statuit

ſtatuit Concilium Tridentinum.d.c.5. quo capite, ut diximus, Regularium Conſervatores non comprehẽduntur,

Secundo aſſerimus, quod nulli dubium eſſe poteſt, quin in primo caſu, ſcilicet quando Regularium Conſervator, ut ſuſpectus recuſſaretur, tunc arbitros in forma iuris eligendos, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcerent, cum ipſe ſit Sedis Apoſtolicæ delegatus, & cauſæ cognitionem etiam habeat, & non ſolum cognoſcat de manifeſtis iniuriis, ſed etiã de illis, quæ iudicialem indaginẽ requirunt, tunc ut cæteri delegati ſuſpecti recuſari poſſunt, & ita arbitri informa iuris ſunt eligendi, ut in.c.ſuſpicionis, de offic.delegati. Et ita ab illuſtriſsimis Cardinalibus Sacri Cõcilii Tridẽtini interpretationi præfectis declaratũ tradit Ioan. Bap. Cõfettius in ſummar.tit.4.de privileg. Cõſervato.c.7. in fin. 6

3. Idem aſſerimus dicendum, ubi inter Conſervatorem Regularium, & alium delegatum Sedis Apoſtolicæ, vel alium Conſervatorem ſuper iuriſdictionis controverſia oriretur contentio nullo alteri deferente, ad arbitros eſſe recurrendum, qui de ea iudicent diſceptatione, docet expreſſè. cap. paſtoralis, de reſcriptis; quod quidem inter iudices æquales, ſcilicet delegatos obtinere, & non in Ordinariis, ex Innocentio, Antonio de Butrio, Imola, Angelo, & Alexandro, dicit cõmunem Decius ibi.num.2.verſic. Nota ſecundo in. d. c.paſtoralis, & ibi Felinus.nu.4. dicit magis cõmunẽ, quia cũ iudices nõ ſunt ęquales, ſed unus altero maior, non eliguntur arbitri, ſed minor defert maiori, qui præfertur, ut de iuriſdictionis competẽtia cognoſcat, ita Decius, & Felinus ſupra. 7

8 Quarto asserimus ex dictis apertè sequi, quod ubi inter Regularium Conservatorem,& interOrdinariũ sit de iurisdictione competentia, cum Conservator in causa sibi commissa, sit Ordinario maior, ut supra hac p.c.1.num.10.ostendimus,illi ab Ordinario deferendum,& arbitros eligi nõ debere,& id verius & receptius esse. Quod quidem confirmatur.

9 Quia arbitri in forma iuris non eliguntur,nisi in casibus à iure expresis,ita Archidiaconus,& Ioãnes Andreas in.c.1.de exceptionibus.lib.6. Dominicus in. c. ab arbitris.nu.7.in fi.de offi.deleg.in.6.Romanus singulari.461. & comprobat Decius in.c. cũ speciali. nu. 3.de appellationib.cum enim arbitrorum electio á iure communi exorbitet, restringi debet ad eos tantum casus,qui iure cõprehenduntur. Vnde opus fuit, quod in singularium personarum, & cathedralium Ecclesiarum Conservatoribus declararet Concilium, ut arbitri eligerentur,alias non eligendi ex cõmuni sentẽtia.

10 Et licét Abbas,& Felinus cõtendant, in casu simili eligi posse, Decius ita id intelligit, quod arbitri eligantur in casu omnino simili expresso, in qua eadem prorsus vigeat ratio,& utilitas.argum.c.cum dilecta, de cõfirmatione utili. adstipulatur Felinus in fine numeri

11 tertii. Et planè glossa,quæ in id adducitur,ut in casu simili arbitri eligãtur, tam similis est casus, ut non sit similis,sed expressus in iure,nimirum,quãdo iudex suspectus habetur. Glossa est, verbo copia,in.c. statutum, de rescriptis in.6.quæ asserit,quod si inter partes,& iudicem delegatum sit cõtroversia,an locus sit insignis, & in quo peritorum copia adsit,iuxta illius textus decisionem,ad arbitros recurrendum esse,qui iudicent,

utrum locus ſit inſignis; & cauſa eſt, quia tunc iudex ſuſpectus in cauſa propria habetur. Quod ſi inter, ipſas partes de hoc controverſia ſit, ipſe delegatus de eo cognoſcit, & ei iuriſdictio competit, nõ vero ubi partes ipſi obiiciunt iudici, ipſum contra formam iuris fuiſſe delegatum; & cum iudex ſuſpectus habeatur, tunc arbitri eliguntur; & ita gloſſam accepere, & interpretati ſunt Geminianus ibi. numer. 15. Ancharranus. num. 18. Felinus latè in dict. capit. paſtoralis. numero. 3.

Sed in hac controverſia illud difficultatem facit, & pro ſua adducit ſententia D. Doctor Leyva, quod cum tam ſingularium perſonarum Conſervator, quã Regularium ſit delegatus, & uterque ex hoc capite Ordinario maior, & nihilominus in Sacro Concilio, ſi inter ſingularium perſonarum Conſervatorem, & Ordinarium ſit controverſia de iuriſdictione, eliguntur arbitri, ergo & in alio caſu eligi debent. Quod ea ratione D. Doctor confirmat. *Quia, inquit, eodem modo, quo Regularium exemptiones, & Conſervatoriæ capitulorũ, & aliarum perſonarum non ſublatæ, ſed manent integræ, & illeſæ ſicut prius erant, ita in civilibus ſupradictæ exemptiones, & Conſervatoriæ capitulorum, & aliarũ perſonarũ, quãdo rei extiterint, non ſunt à concilio ſublatæ, ſed manent certæ, & indubitatæ; Et nihilominus ſtãte dicta certitudine diſponit Cõcilium, quod ſi orta fuerit dicta controverſia iuriſdictionis, eligantur arbitri. Quare igitur ex vi dicti concilii nõ ſunt eligẽdi, ſi dicta cõtroverſia orta fuerit inter Ordinariũ, & Regulariũ Conſervatorem? Siquidẽ dabilis eſt inter iſtos, ſicut inter illos dicta controverſia. Maximè cum ea non oriatur ex eo, quod Ordinarii prætendant Regulares non poſſe*

12

*eligere Conservatorem quia talis prætensio insulsa censeretur, sed ex eo, quòd dictus Conservator excedat fines mandati, vel non fuerit electus secundum iuris regulas in. c. ultimo, de offic. deleg. in. 6. & alibi contentas, ut sæpe vidi, quæ*
13 *etiam contingere possunt in Regularium Conservatoribus.* In hoc quærit D. Doctor rationes dissimilitudinis, cur asseramus in Conservatoribus Regularium non esse arbitros eligẽdos; Respõdemus satis illã esse, quod in Regularibus sit exemptio certa, & indubitata; in aliis veró personis non. Hanc impugnat, quia ita certæ & illesæ sunt Cõservatoriæ in illis, atq; in his, quæ quidẽ impugnatio Cõcilio Tridẽtino repugnat. In quo prohibentur multa singularium personarum Conservatoribus, quæ omnia conceduntur expresse Regularium Conservatoribus. Concilii verba ita habent. *Id circo nemini omnino cuiuscumq; dignitatis, & conditionis sit, etiamsi capitulum fuerit, Conservatoriæ literæ, cum quibuscũque clausulis, aut decretis, quorum cumque iudicũ deputatione quocumque etiam alio prætextu, aut colore concessæ suffragentur ad hoc, ut coram suo Episcopo, siue alio superiore Ordinario, in criminalibus, & mixtis causis accusari, & conveniri, ac contra eum inquiri, & procedi non poßit, aut quominus, si qua iura ei ex cesione cõpetierint, super illis libere valeat apud iudicem Ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores iudices in iudicium trahere minime liceat. Quodsi in iis causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo Conservator, ab actore suspectus eße dicatur, aut si qua inter ipsos iudices Conservatorem, & Ordinarium, controversia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquã in causa procedatur, donec per arbitros informa iuris electos, super*

*ſuſpicione, aut iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum; Familiaribus verò eius; qui huiuſmodi literis Conſervatoriis tueri ſe ſolent, nihil illæ proſint, præter quam duobus duntaxat, ſi tamen illi propriis eius ſumptibus vixerint. Nemo etiã ſimilium literarum beneficio ultra quinquennium gaudere poſſit. Non liceat Conſervatoribus iudicibus ullum habere tribunal erectum. In cauſis verò mercedum, aut miſerabilium perſonarum, huius ſanctæ Synodi ſuper hoc decretum in ſuo robore permaneat. Vniverſitates autem generales, ac collegia Doctorum, ſeu ſcholarium, & REGVLARIA loca, nec non hoſpitalia actu hoſpitalitatem ſervantia, ac univerſitatũ, Collegiorum, Locorum, & hoſpitalium huiuſmodi perſonæ in præſenti canone minime comprehenſæ, ſed exemptæ omnino ſint, & eſſe intelligantur.* Ex quo conſtat, quod. 1. In primis Conſervatoriis literis cumquibuſcumque clauſulis, & decretis omnino derogatur, ut nullomodo ſingularibus perſonis ſufragentur, ut coram ſuo Epiſcopo in criminalibus, & mixtis cauſis accuſari, & conveniri non poſſint. 2. Deinde derogatur, ut etiã ſi rei extiterint, in cauſis civilibus poſſint corã Ordinariis cõveniri, ſi aliqua iura eis ex ceſſione cõpetierint. 3. Vbi verò cauſæ fuerint miſerabilium perſonarum, vel mercedum etiam coram locorũ Ordinariis conveniãtur. 4. Præterea in eiſdẽ civilibus cauſis ſi huiuſmodi actores extiterint nullum apud ſuos Conſervatores cõvenire, nec in iudicium vocare poſſunt. 5. Inſuper adde Conſervatorias literas non prodeſſe, niſi familiaribus duntaxat duobus, quos propriis alant ſumptibus. 6. Et ultra quinquennium his Conſervatoriis literis uti nequeunt. 7. Denique Conſervatores tribunal erectum habere non poſſunt. E quidem id non eſt Con-

ſervatorias integras, & illæſas permanere, & ſervari, ſed proculdubio ferè ſublatas eſſe; cum tamen hæc omnia, quæ ſigillatim his prohibentur Conſervatoribus, eodemmet decreto Regularium Conſervatoribus tribuantur, dum ab ea regula excipiuntur.

24 In ſeptem itaque ſingularium perſonarum Conſervatores ab his, qui Regularium ſunt Conſervatores, differre collegimus: alia infra, & capite ſequenti aſsignavimus. Vnde fit, quòd cum hi ſingulares in una tantùm cauſa civili poſsint coram ſuo Conſervatore conveniri, & in aliis omnibus conveniendi ſint coram locorum Ordinariis, qui de iure communi fundatam habent intentionem (frequenter enim hæ Conſervatoriæ conceduntur ſingularibus, qui non ſunt exempti, ſed Conſervatorias impetrant, eo quæſito colore, ut à manifeſtis defendantur iniuriis, ut conſtat ex Mandoſio in tractatu de Signatura gratiæ. titulo de Conſervatoria, in fi) ideo licèt maior ſit Conſervator Ordinario, ut pote qui ſit delegatus Sedis Apoſtolicæ, tamen quaſi inter æquales iudices in cauſa competentiæ, voluit ad arbitros recurri ſanctum Concilium; Tum, quia quod de erat Ordinariæ iuriſdictioni in authoritate ſupplere debebat, quod ad Ordinarium pertineret in pluribus cauſis cognoſcere adverſus hos ſingulares, & delegato ſolum in vna cauſa competebat, tum quia Concilium huiuſmodi Conſervatorum iuriſdictionem minuere ſtatuerat; Tum, quia Ordinariæ in iure communi fundatæ iuriſdictioni favere decreverat, & Conſervatorias ab illo iure exorbitantes, ſi non in totum auferre, ſaltim

quantum

quantum posset illis detrahere. Quapropter, cùm frequentes inter huiusmodi Conservatores, & Ordinarios possent oriri controversiæ, in his, arbitros eligendos statuit, quasi inter iudices æquales. Vt si Ordinarius assereret, sibi causæ cognitionem competere, quia etsi civilis esset, & ille reus, iura tamen, vel bona, quæ vendicabantur, ex iuris cessione competebāt, vel causam esse mercedum, vel miserabiliũ personarum, vel si diceret, iam quinquenium fuisse transactum, ex quo literæ erant concessæ, & alia huiuscemodi, utique arbitros eligendos præcepit.

Quæ quidem omnia in Regularium Conservatoribus cessant, cũ in his omnibus casibus cognitio ad Cõservatores pertineat, & quod caput est, & verissimam ostendit nostram differentiæ rationem, quod Regulares eodem decreto exempti de iure præsumantur, & contra Ordinarios adsit iam iuris præsumptio, ut non possint de Regulariũ causis cognoscere, ut in eodem. c. 5. Concilii probatur, & nos supr. 1. p. c. 5. nu. 6. ostendimus. Et ita consequenter Sacrum Concilium loquitur. *Regularia loca, & eorum personæ in præsenti canone minimè comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, & esse intelligantur.* Vnde ratio ipsa, & dispositio dictat, quód in singularium Conservatoribus statuitur, ad Regularium trahi non debere. 15

Quod & confirmatur, quia quòd de arbitris statuitur à Sacro Concilio, constat à iure communi exorbitare, unde nequaquam ad consequentiam trahendũ. Regu. Quæ à iure de Regul. iuris in. 6. ut iudex Apostolicus sit Ordinario æqualis in causa sibi cõmissa omni iure contrarium asserente. Denique, tum demũ ad 16 17

arbitros est recurrendum, ubi inter iudices de iurisdictionis controversia probabilis est aliqua dubitatio, iuxta caput. cum contingat, de rescriptis, notat Decius optimè in. d. cap. pastoralis, num. 5. vers. in eadē gloss. ibi in verb. non potest, ne sit dubium affectatum, ut eo modo legitimi iudicis turbetur iurisdictio. Constat autem manifestè Ordinarium nullam in Regulares habere iurisdictionem, qui ab eodem Concilio omnimodam habent exemptionem; & quoad hæc absurdũ est credere, in dubio ab Ordinario affectato, velle uti contra Concilium, eiusdem Concilii decreto, ut cõtra illud Regulares non intelligantur omnino exēpti, & Concilium extendi, ut & ipsi deroget, & contra iuris regulas procedatur. Quæ enim obsecro potest esse controversia inter Regularium Conservatorem, & Ordinarium, nisi de iurisdictionis competentia, nempè cui causæ cognitio competat, ut in. d. c. pastoralis?
18 Ad id quod D. Doctor asserit, posse controversiã exoriri, inter Ordinarium, & Conservatorem; quód ille affirmet, hunc fines mandati excedere, vel non fuisse electum secundùm iuris regulas; Respondemus, nullo iure caveri, tunc ad arbitros esse recurrendum, neque id contingere posse secundúm iuris præscriptum. Etenim nullibi Ordinario iurisdictio tribuitur, ut si Conservator mandatam sibi iurisdictionem excedat, Ordinariæ cognitioni subjiciatur, nisi ut superiori capite tradidimus. Quod si assumatur contra formam. c. statutum, de rescrip. in. 6. glossa ibi recepta (ut supra dixi hoc capite. nu. 11.) ad Ordinarium posse recurri, ait, tãquam ad viri boni arbitrium, & non tanquam ad iudicem; quoniam is nullomodo in causa Conservatori

com-

commissa potest se immiscere, vel iurisdictionem assumere, ut in sæpe citato consil. 132. Ancharràni recepto á Carolo Ruino consil. 3. volumine. 4. & Mandosio in d. tract. de signatura gratiæ, titul. de conservatoria; optimè dicitur.

Ex quibus satis liquet, quã magna differẽtia sit inter Conservatores Regularium, & singularium personarum Conservatores; & quám sit dispar ratio inter illos, ut nullo modo dici valeant similes, licét Conservatorum nomine conveniant; & ita nullo modo debeant arbitri eligi in controversia inter Ordinarium, & ipsum super iurisdictionis competentiã. Alias differentias annotabimus capite sequenti, quę plurimum ad hanc disputationem conducunt. 20

Neque in hoc magnopere contenderemus, nisi veritas ipsa nos in eam traheret sententiam, cum si contrariam admittamus cum D. Doctore Leyva, & arbitri essent eligendi, utique id non esset lites fugere, sed lites ex lite oriri. Namque difficile esset, partes inter se de arbitris eligendis convenire. Quid enim si unus Hispali arbitrum eligeret, alter veró Astigi, vel Xericii, vel alibi? Possent enim in non valde remotos convenire. c. secundó requiris. de appellationibus. Ibi *Vt in aliquos non valde remotos conveniant*. Quid si laicos eligerent affirmantibus, se Ecclesiasticos suspectos habere propter Ordinarii potentiam. Tunc controversia, an in causa Ecclesiastica arbitri admittantur laici. Iam electis, quis é duobus iudicibus terminum præfigere debet, ut inter se conveniant, & quo loco, & quo tempore causam definire? Quid si terminum non esse competentẽ, nec locum tutum unus affirmet, nõ ne illi 21

appel-

appellare licebit? His omnibus transactis, si inter se de sententia non conveniant arbitri, quomodo tertius
82 assumendus? Demus sententiam ab arbitris dictam, nõne ab illa appellatio admittitur d.c. ab arbitris, de officio deleg. in.6? Et tres spectandæ sententiæ conformes, & nondum de causa principali agi cæptum. Quis tandem litium finis erit? Interim actor, dum hæc fiũt, & de iudice coram quo Regulares conveniri debeant, disceptatur, nil aliud, quám molestias, sumptus, & labores consequitur. Nil certè Ordinarius magis in actoris detrimentum facere poterit, quam si de arbitris
83 eligendis decernat. Quod si Regulares litem protrahere velint, nulla aptior via pandi potest, qua actor & Ordinarius deludatur, quam ut arbitri eligantur. Experti loquimur. Quare arbitri ab aula recesserunt, in causa suspicionis, ut tradit Decius in capite cum speciali. in primo de appellat. Marchesanus de commissionibus comis.3.de adiunctis capite.1.numer.10. Quod si Ordinarius causæ cedit, ut arbitri cognoscant, cuius sit iurisdictio; nonne melius & utrique, iudici scilicet, & actori consultius erit, ut Conservatori causam remittat, finem litibus imponere cupiens.

84 Addit D. Doctor. *Si verò alter iudicum, cui dictum decretum ab altero provisum intimatum fuerit, parere noluerit, sed in causa ad ulteriora protervè procedat, dictus alter iudex contra eum omni potestate, & imperio insurget, quod iure facere potest; per dicta iura; dummodo dictum decretum, & supersessoriam super claris & certis non providerit, quia tali casu alter iudex parere non tenetur. Vt probatur in d.capite cum speciali, in illis verbis iustæ suspicionis & in capite cum olim, de causa poss. & proprietat. & bene. Innocen-*

*nocentius, & Hostien. & glosa in dicto capite suspicionis, verbo, suspicionis.* Ad id respondemus, nos diligenter perlegisse decretales, quas in superiori periodo retulerat, & in hac etiam, & nullibi cautum invenimus, ut unus iudex in alium insurgere possit. Nam ca. legitima, de appellationibus in. 6. capite suspicionis, de officio delegati, &. c. cum speciali, de appellationibus, nil tale disponitur, neque ad hanc speciem pertinent; in eis enim agitur de illis arbitris, qui in causa recusationis propter iudicem suspectum eliguntur, & de suspicionis causa cognoscunt; & tunc non duo iudices, sed vnus suspectus dicitur, & ita non est in quem insurgat. Iudex recusatus partes compellere potest, ut arbitros eligant. capite secundó requiris. §. 1. de appellationibus. Et idemmet recusatus iudex arbitros electos compellet, ut intra terminum ab ipso præfixũ sententiam dicant. capite cum speciali, de appellationibus, capite legitima, eodem titulo lib. 6. capit. suspicionis, de officio delegati, quæ quidem constitutiones de iudice ob suspicionem recusato agunt, meritôq; quod de partibus, & arbitris tradunt, accipi etiam debet, ubi iidem eligendi sunt arbitri inter duos iudices de iurisdictione contendentes, de quibus tantúm agitur in capite pastoralis, de rescriptis, & in capite, ab arbitris, de officio delegat. in. 6. ut supra diximus, & in illis nullum verbum, quód unus iudex in alterum insurgat, ait enim cap. pastoralis. *Et si fortè nequiverint in unã sententiam concordare (quamvis plures sint ex una parte, quàm ex altera) per arbitros communiter electos à partibus huiusmodi concertatio sopiatur.* Hactenus Innocentius, qui nullo modo secundum iuris regulas dicere potuit, ut

25 26 27

ut iudex æqualis in iudicem æqualem, censuris ageret, cùm iuxta vulgare, & receptū dictum, Par in parem non habeat imperium.l. ille à quo.13.§. tempestivum ad S.C. Trebellia. C. innotuit, de electione; nisi ipse Pontifex autoritate Apostolica superiorem faceret, qui arbitros eligendos decerneret; sed id nullibi cōstitutū est, sed quid si sint inæquales, inferior superiorem compellet? neutiquam; toto iure reclamāte in dicto capite, cúm inferior, de maioritate & obed.
19 Partes compellere poterit, ut arbitros eligant? Sed nullo modo Ordinarius ad eligendos arbitros Regulares censuris cogere poterit, cúm eos excommunicare non possit, & capite volentes §. in eos, de privileg. in.6. maximè id prohibeatur.

*De Regularium Conservatoribus, & eorum officium concedentis morte non expirare.*

Cap. V.

CUM Satis de arbitris in forma iuris eligendis D. Doctor egisset, iterum ad Conservatores revertitur; egerat de illis latè prima parte ad nonum argumentum, & in hac etiam, modo, quæ supererant, adiicit; nos libenter omittemus, quæ ad nostram defensionem non pertinent, solum acturi, quæ ipsam attingere videntur.

1 Varia sunt Conservatorum genera, de quibus Archidiaconus, & alii in capite.1. de officio delegati.in 6. Capucinus in annotationibus ad compendium verbo, Conservator, Ioannes Baptista confetti. in summa

ma. titulo4. de privilegiorum Conservator. capite. 2.
Quidam enim Conservatores sunt secũdum iura, qui aliquibus singularibus personis conceduntur, vel etiã cathedralium capitulis, ut tueri, conservare, & defendere curent susceptos á manifestis iniuriis, & molestiis; de his agitur in capite. 1. & fi. de officio delegati, in. 6. Mãdos. in signatura gratiæ tit. de Conservatoria. 2

Alii veró sunt Conservatores, qui Regularibus cõceduntur, ut non solúm à manifestis iniuriis eos defendant, sed etiam ut Regulares suis privilegiis libere uti, frui, & gaudere, tueantur; & in causis, quæ etiam iudicialem indaginem requirunt, cognitionem habeant, quos secundúm privilegia Conservatores dicemus; illos veró secundum iura; qui licet nomine, & quibusdam aliis conveniant, maximè tamen in aliis differunt, ut supra adducti tradunt. 3

Primó, quidem, ut dixi, conveniunt nomine. Deinde omnes iudices sunt Sedis Apostolicæ delegati glossa. 2. in capite 1. de officio delegati in. 6. ubi Archidiaconus numero. 1. Domini. 5. Francus. 3. Ancharranus. 2. Navarrus consil. 3. de officio delegati, Iason in Regula Inst. de actionibus numero. 4. Alciatus in Regula de officio Ordinarii numere. 18. Mãdosius ubi supra Ioan. Bapt. Cõfett. d. tit. 4. & alii. 4

Differunt, quoniam illi, qui secundúm iura dantur, non habent cognitionem in causis, quæ iudicialem indaginem requirunt, ut in dicto capite. 2. & fi. de officio delegati, in. 6. Hi veró, qui secundúm privilegia conceduntur, iudicialem indaginem habẽt, & causarum plenariam cognitionem, quod & aliis solet concedi. Vt Iason. consil. 145. numer. 8. volum. 4. 5

Phili-

Philippus Corneus consil. 15. nume.6. volumin. 3. & feré caput fin. in desuetudinem adiisse, quoad hæc, ait Dominicus in dicto capite fi. 5. Conservatores, numero.4. Rebuffus in.l. 48. versu finali, de verborum significa. Navarrus in manuali capit. 27. numer. 125. Mãdosius supra, Salcedo in additi. ad Bernardũ Diaz capit. 3. versu, Nec refragatur. Vbi de Conservatore Societatis I E S V. Emanuel Rodriguez tom. 1. q. 64. á nu. 1. Ioannes Baptista Confetti. supra. Quod in Societatis conservatoria manifestissimum est.

6 Tum etiam Regularium Conservatores, qui secũdúm privilegia eliguntur, cúm sint delegati ad universitatem causarum, quasi Ordinarii censentur, ut Stephanus Aufririus defendit in additione ad Capellam, Tolosa quæstione. 38. Navarrus d. consil. 3. de officio delega. Ioannes Baptista supra d. titulo 4. capite. 7. qui & Navarrus primam instantiam in Regularium causis habere notant.

7 Nos itaque versamur in his Conservatoribus, qui secundúm privilegia eliguntur, & iurisdictionem habent in his, quæ iudicialẽ requirunt indaginem, & etiã primam instantiam in Regularium causis. Vnde pendet quæstionis illius resolutio, quam in hoc tractatu difficilem admodum Doctor Leyva arbitratur, & cuius solutionem apud neminem vidisse ait, nimirum an Conservatorum iurisdictio concedentis morte expiret, iuxta. c. fi. de officio delegat. in. 6. & quod tradit Guido Papæ quæstione. 247. & Doctores in d. c. fi. de officio delegat. in. 6. Additque contrarium usu receptum esse, ut post mortem etiam, quoad non cepta, iurisdictionem exerceant. Et quod licêt Emanuel Rodriguez

driguez difficultatem senserit, sed minime ei satisfacit; & ita consuetudinem obtinere ait; quod quidem non sufficit, quia hæc non obtinet, in his, quæ sunt ipso iure nulla. Castro de lege pœnali capite. 12. Hæc ille. Nos autem, ut diximus, non versamur in conservatoribus, qui secundùm iura eliguntur, sed in his, qui
8 secundúm privilegia assumuntur, & à manifestis iniuriis defendunt, & in his quæ iudicialem requirunt indaginem suam exercent potestatem; vnde quemadmodum in his illæ constitutiones, quoad hæc non habent locum, ita etiam nec quoad illa, ut morte concedẽtis, eorum finiatur officium. Sicut etiã nec illud, quód in aliis est statutum, ut si de aliis, quam de manifestis iniuriis egerint, sint ab officio per annum suspẽsi; quã pœnam minimé incurrere nostri Conservatores possunt, cum id expresè illis concedatur. Neque quod in unis constituitur, ad alios trahi debet, ut superiori capite diximus, cum diverso iure censeantur. l. cũ pater. §. dulcisimis. de leg. 2. l. adigere. §. quamvis eum, ibi, notatis de iure patronatus, docet Archidiaconus in d.c.fi. cuius verba referam, quoniam hanc quæstionẽ optime pertractavit his verbis.

*Expirare. Nunquid ergo hoc habet locum in Conservatoribus deputatis ad Conservationem privilegiorum alicui Ecclesiæ, vel Monasterio concessorum? & videtur quod sic, cũ litera supra proximê dicat, effrenatè, quorumcumque Conservatorum &c. Et sic videtur illa generalitas omnia genera Conservatorum comprœhendere, 30. distin. capite. 1. versu quibus infra, de maioritate & obed. Solitæ, iuxta finem. De istis generibus dixi supra, eodem statuimus in glosa aliquando. Sed contra, isti Conservatores sunt dati super gratia Ecclesiæ*

Philippus Corneus consil. 15. nume.6. volumin. 3. & feré caput fin. in desuetudinem adiisse, quoad hæc, ait Dominicus in dicto capite fi. 5. Conservatores, numero.4. Rebuffus in.l. 48. versu finali, de verborum significa. Navarrus in manuali capit. 27. numer. 125. Mãdosius supra, Salcedo in additi. ad Bernardũ Diaz capit. 3. versu, Nec refragatur. Vbi de Conservatore Societatis I E S V. Emanuel Rodriguez tom.1. q. 64. á nu.1. Ioannes Baptista Confetti. supra. Quod in Societatis conservatoria manifestissimum est.

6 Tum etiam Regularium Conservatores, qui secũdúm privilegia eliguntur, cúm sint delegati ad universitatem causarum, quasi Ordinarii censentur, ut Stephanus Aufririus defendit in additione ad Capellam, Tolosa quæstione.38. Navarrus d. consil. 3.de officio delega. Ioannes Baptista supra d.titulo 4.capite.7.qui & Navarrus primam instantiam in Regularium causis habere notant.

Nos itaque versamur in his Conservatoribus, qui
7 secundúm privilegia eliguntur, & iurisdictionem habent in his, quæ iudicialẽ requirunt indaginem, & etiã primam instantiam in Regularium causis. Vnde pendet quæstionis illius resolutio, quam in hoc tractatu difficilem admodum Doctor Leyva arbitratur, & cuius solutionem apud neminem vidisse ait, nimirum an Conservatorum iurisdictio concedentis morte expiret, iuxta.c.fi.de officio delegat. in. 6. & quod tradit Guido Papæ quæstione.247. & Doctores in d.c. fi.de officio delegat. in.6. Additque contrarium usu receptum esse, ut post mortem etiam, quoad non cepta, iurisdictionem exerceant. Et quod licêt Emanuel Rodriguez

driguez difficultatem senserit, sed minime ei satisfacit; & ita consuetudinem obtinere ait; quod quidem non sufficit, quia hæc non obtinet, in his, quæ sunt ipso iure nulla. Castro de lege pœnali capite. 12. Hæc ille. Nos autem, ut diximus, non versamur in conservatoribus, qui secundùm iura eliguntur, sed in his, qui secundúm privilegia assumuntur, & à manifestis iniuriis defendunt, & in his quæ iudicialem requirunt indaginem suam exercent potestatem; vnde quemadmodum in his illæ constitutiones, quoad hæc non habent locum, ita etiam nec quoad illa, ut morte concedētis, eorum finiatur officium. Sicut etiã nec illud, quód in aliis est statutum, ut si de aliis, quam de manifestis iniuriis egerint, sint ab officio per annum suspēsi; quã pœnam minimé incurrere nostri Conservatores possunt, cum id expresè illis concedatur. Neque quod in unis constituitur, ad alios trahi debet, ut superiori capite diximus, cum diverso iure censeantur. l. cũ pater. §. dulcissimis. de leg. 2. l. adigere. §. quamvis eum, ibi, notatis de iure patronatus, docet Archidiaconus in d.c. fi. cuius verba referam, quoniam hanc quæstionē optime pertractavit his verbis. 8

*Expirare. Nunquid ergo hoc habet locum in Conservatoribus deputatis ad Conservationem privilegiorum alicui Ecclesiæ, vel Monasterio concessorum? & videtur quod sic, cũ litera supra proximê dicat, effrenatè, quorumcumque Conservatorum &c. Et sic videtur illa generalitas omnia genera Conservatorum compræhendere, 30. distin. capite. 1. versu quibus infra, de maioritate & obed. Solitæ, iuxta finem. De istis generibus dixi supra, eodem statuimus in glosa aliquando. Sed contra, isti Conservatores sunt dati super gratia Ecclesiæ* 9

*clesiæ facta, quæ morte concedentis non expirat. 25. quæst. 2. cap. 1. & 2. & supra eodem libro, de rescriptis, quia per ambitiosam iuxta finem, & infra eodem libro, de regulis iuris, decet, cum similibus: ergo nec ipsa iurisdictio super ipsa deputata. bos. ad hoc supra eodem, si super, argumento infra eodem libro, de præbēdis, Sicui in. §. 1. in fine. Nam accessoriū naturam sequi convenit principalis, infra eodem libro, de regulis iuris, Accessorium.*
11 *Non obstat, quod hic dicit, quoniam hæc constitutio non loquitur de talibus Conservatoribus, qui deputantur super gratia priús facta, sed de illis, qui dantur aliquibus, ut à manifestis iniuriis, & violentiis tueantur, ut supra eodem capite. §. 1. & supra eodem statuimus. 1.*
12 *Et inter ista genera est differentia, igitur ad tales Conservatores non extenditur, quod hic dicit, cum de eis hæc constitutio non loquatur, & secundúm hoc, quod dicit, quorumcūq; idest quibuscumque personis, sive Ecclesiis concessorum in illa generalitate, qua præmissi.* Hactenus Archidiaconus
13 in d.c.fi. de officio delegati in.6. Sequitur ibi Petrus de Ancharrano, num. finali in fi. & licèt Geminianus ab Archidiacono recedere videatur cum glossa, verb. expirare, in d.c.fi. Revera non impugnat, sed eam expositionem, quam tradit Archidiaconus illius dictionis, quorumcumque, vult enim etiam intelligi de privilegiorum Conservatoribus, non simul cum privilegiis datis, sed postea, & ita illam dictionem omnes cōprehendere. Concludit enim his verbis in d. cap. fi. §. officium.
14 *Et istam partem etiam tenet Ioannes Monachus ibi dicens, quod quando Papa dat ad antiqua privilegia novos conservatores, non est verissimile, quod velit potestatem illorum durare post suum obitum reintegra. Non sic autem, quando coniunctim dat gratiam, & executores,* ne

*ne inutilis sit datio, ut ibi in fine Ioannes Andreas, & ista pars communiter tenetur, ut officium istorum sit perpetuum, sicut privilegia perpetua sunt, secundúm Paulum.* Vides communem esse sententiam optimo iure suffultam. Idem tenet Petrus Gregorius in sintagmate iuris, libro.47.capite.22. num.29. Ioannes Baptista in summario titul.4. de conservat. cap.9. Capuccinus in annotationibus ad compendium, verbo Conservatores. Emanuel Rodriguez q.65.art.6.to.1. nonnihil Mandosius supra, sed eorũ nullus Archidiaconũ, nec Geminianum vidit, ideo satis ieiuné quæstionem pertractarunt, licèt veritatem attigerint, & consuetudo, quæ optima est legum interpres, & non contẽnẽda, ubi viros doctos eam recipere videmus, nõ statim flocci fieri debet.

Insuper in hac specie nulla potuit esse dubitatio cõ- 15
servatoriæ Societatis IESV verbis inspectis, quæ in privilegiis, & consideranda, & servanda ad vnguem sunt, dicto capite Porró, de privilegiis, illa veró ita expresis verbis asserit, concedentis morte non expirare, ut satis mirari non posimus, qualiter hæc D. Doctorem fugerint, ait enim. *Quodque cuilibet Conservatorum, & iudicum eorumdem ab eadem die octavo Calendas Iunii eßet in præmissis omnibus, ac eorum singulis cæptis & non cæptis tunc præsentibus, & futuris perpetua potestas & iurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possent in præmissis omnibus cæptis, & non cæptis, tũ præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula corã eis cæpta fuißent, & eorũ ac cuiuslibet iurisdictio de præmissis omnibus & singulis per citationẽ, vel modũ aliũ perpetuata legitimè extitisset.* Nil dici potuit, aut excogitari

cogitari manifestius,& apertius,& plané d.c.fi.verbis utitur, *quoad cæpta,* Et plane si id.c.fi.in his Cõservatoribus locũ haberet,utiq; Greg.13. cõservatoriã nõ daret,cũ mortuus fuisset Pius. V. qui illã cõcesserat. Ita nullo modo de hoc dubitari,vel disputari potest. Et in terminis ita tenẽt Corneus cõs.15.n.4.vol. 3. Iason.d. cõs.145.circa duo n.8.vol.4.Silves.ver.Cõservator,n 6.dicẽs morte cõcedẽtis,cõservatoris finiri officiũ,addit. *Sed intellige nisi aliter exprimeretur in literis.* Idẽ di-
17 xerat S.Antoni.Et in hoc videmus in stilo receptã cõmunem sententiã,nã in conservatoribus deputatis in ipsis privilegiis,hæc perpetuitatis clausula non apponitur,quoniã cum privilegia sint perpetua,& conservatorum deputatio item est perpetua,ut tradit commumunis sententia.At verò cum Pius.V.extra privilegia concedat Conservatores,perpetuitatem adiecit etiam quo ad non cæpta negotia,ut de eius voluntate constaret,nolle eam conservatoriam morte sua finiri.

---

*De sublata facultate interpretandi privilegia quibuscumque iudicibus.*

Cap. VI.

1 OPPONIT Pro societate quarto loco D.Doctor. Summum Pontificem sibi in dubiis reservasse interpretationem privilegiorum Societatis, ut in compendio, verbo privilegium §. 1. & 4. & probatur in capite, cum venissent, de iudiciis; quia eius est interpretari, cuius & condere. l.1. & fi. C. de legibus, & in Societatis favorem fieri debere declarationem, ex declaratione Alexandri. VI. ait Com-

Compendio. dicto. §. quarto.

Respondet ex Panormit. & Felino in d.c.cũ venissent, quód si principalis quæstio directè attinet privilegio, ut illud rumpi, vel anullari petatur, vel decisivè declaretur, ut omnibus talis interpretatio præiudicet, reccurrendum esse ad Romanum Pontificẽ, quod si incidenter de privilegio agatur, ita incidenter in causa principali potest privilegium interpretari, & addit ex Panorm. n. 3. in casu facili posse iudicem declarare si veró sit dubius adeatur Romanus Pontifex, si facilé potest adiri; sin minus, si illud dubium per rationem naturalem, vel iura potest decidi, inferior interpretabitur. Adducit similia ex Corduba, qui Clementinam exivi, interpretantur, cum sit prohibita eius declaratio; ita Doctores iura exponunt, sicuti antiqui illi iurisconsulti fecerunt. Contraria veró, quæ in argumento afferuntur, intelligi oportere degenerali declaratione decisiva, & necessaria. Vnde etiam, licèt gravissimis censuris Concilii Tridentini interpretatio á Pio IIII. prohibeatur, illud tamen obiter pii, & docti viri, & advocati in causarum patrocinio exponunt. 2

Ad illud veró vltimum, quod argumentum cõplectitur, in dubiis privilegia fore in Societatis favorẽ interpretãda. Respõdet hoc intelligẽdũ esse, si iuri, & rationi nõ repugnet, neq; noceat tertio, vt late Felinus in cap. causam quæ, n. 11. & 12. de rescriptis. 3

In his, quę á D. Doctore dicuntur, multa quidem admittimus, quippe quæ vera, & indubitata, sed multa aliena à nostra disputatione. Fatendum quidem est, sicuti leges, sic & privilegia, quæ privatæ leges dicũtur interpretatione indigere. Cúm enim ius sit ars boni, 4

& æqui.l.1. de iustitia & iure,& ars,(ex Aristotilis sententia) sit habitus rerum faciendarum vera rectaq; cum ratione.6.Ethico. c.4.&idem Aristoteles asserat,bonũ & æquum non esse genere diversum, ab eo quod iustum est,neque simpliciter idem,quia est aliquo iusto melius,lib.5.Ethico.c.10. Sequitur aperté iuri cõvenire,ut per illud omnia dirigantur vera,rectaq; cũ ratione adid,quod bonũ,& æquũ est;& ita optime declaratur lex prima de iusti.& iure, & l. penulti. de legibus, quæ ait,cũ id,quod semper æquũ ac bonum est,ius dicitur,quod quidẽ bonũ,& æquũ ita iustũ est, ut aliquo iusto sit melius.Propterea quôd leges non possint ita scribi,ut omnes cõprehendãt species, sive casus, qui aliquãdo cõtingere possunt,lex, Neq;leges cũsequent. ff.de legibus,& in aliquo evẽtu,& rerũ circunstãtia ex lege iustũ esset aliquid fieri,sed bonũ,& æquũ aliquid meliusfieridocet, vel illud iustũlegale iniquũ esse,ideo ad artẽ recurrendũ,ut per eã emendetur lex,& illa,æquitas,quæ in artẽ redigitur ἐπιείκεια vocatur ab Aristo. Theologi,& iuris professores Epicheiã dicunt,de qua late Budæus,Marius,Salomonius,Vdalricus, Zazius, Ioannes Horoscius,Ioann.Corasius,Alciatus parerg. lib.1.c.30. Conanus lib.1.commentario.c.11.D. Covar. in reg. Possessor.2.par. §.6. num.3. Vnde ille dixit. *Ipsæ etiam leges cupiunt,ut iure regantur.* Et Menander, validum quid lex est, si regentem habeat; & in politicis Aristoteles lib.3.c.7. *Nil rectius,* inquit, *declarari,quã rectè sancitas leges dominari oportere; qui autẽ imperiũ tenẽt, sive unus, sive plures horũ arbitrio res eas permitti, de quibus leges perfecté constituere nequeũt, propterea quod universè de omnibus explicare non facilé est; quamquàm*

*rectè*

*recté dictæ leges.* Præclara quidem ſententia.

Verum enim verò hoc idem ius, boniq; & æqui ars docet, leges ab interpretibus, & multo minús à iudicibus declarari non debere, vel quia legislator ſibi reſervaverit, vel quia alia generalis ratio ſuadeat, tantũ verbis inhærere, & aliam excludere declarationem. Cúm enim homines variis ducantur affectibus, melius utique exiſtimarunt, legem, vel legislatorem de his iudicare, quàm alium quemlibet privatũ. Hinc illud, *Dura lex ſed ita ſcripta.* l. proſpexit. Qui & à quibus, & illud. *Interdum plus valere ſcripturam, quám quod peractũ ſit.* l. ſi alii, de uſufructu legato, & ubi legislator non diſtinguit, nec nos diſtinctione uti debemus. l. 3. de officio præſidis. l. prætio, de Publiciana, & alia huiuſmodi. Vnde Sanctus Thomas. 2. 2. quæſt. 120. art. 1. ad tertium, agens de Epicheia, quam ibi optimè explicat ad 3. ait. *Tunc demum poſſe inferiores, leges exequi, cum eorũ ſententia eſt manifeſta. At veró in dubiis non licet à verbis legis recedere abſque Principis interpretatione.* 5

6 Sed præcipué ſibi Princeps reſervavit privilegiorũ interpretationem. c. cùm veniſſent, de iudiciis. c. Ordinarii. §. ſi veró, de officio Ordinarii in. 6. l. ex facto, de vulgari. l. Neratius, de regul. iuris. Et proculdubio cũ de ipſo privilegio principaliter agitur, ad Principẽ referri debere, tradũt Innocentius, Hoſtiẽſis. Henrricus Boich. Butrius, Abbas, Imola, Felinus, & Decius in d. c. cũ veniſſent, quos refert & ſequitur Rota Romana diverſorũ, deciſ. 83. n. 5. 2. p. Quod ſi agatur incidẽter, idẽ quoq; dicẽdũ eſt, Principẽ cõſulẽdũ eſſe, ſi hæc cõcurrãt, cũ nõ agitur de privilegiati capacitate, vel privilegii ſubreptione, ſed de mẽte cõcedẽtis, & caſus re-

cipit dubitationem, & Princeps adiri poteſt. Vnde locum habet quod tradit Abbas in d.c.cúm veniſſent, n. 3. circa medium, & ibi Aretinus, Felinus n. 1. verſ.& ex hoc infero, Decius n.4.qui planè ſequuntur Abbatē & tradit d.deciſ. 83.n.6.

7 Vnde licèt in noſtra ſpecie privilegia nullas clauſulas haberent hanc interpretationē tollentes, utiq; in terminis privilegii, aut ſecundúm verba, illud eſſet accipiendū à iudice, aut ſi dubitaret, Romanus Pontifex eſſet conſulendus, cū facilimus ſit aditus hodie Hiſpanis ad Romanam curiam, & de tali agitur dubio, quod arduū eſt, & Regularibus maximi præiudicii, & frequēs in tribunali Eccleſiaſtico. Vnde multis ab hinc annis poterat per Romanum Pontificem eſſe deciſſum. Vnde conſtat, vel iure communi inſpecto, non poſſe Ordinarium in hac ſpecie privilegia declarare.

8 Quod ſi ipſamet inſpexerit privilegia, id proculdubio ſine controverſia eſt, cúm nec incidenter, nec quovis modo poteſt illa interpretari, ſed vt verba ipſa ſonant executioni mandare. Habent enim omnia Societatis privilegia illam clauſulā. *Ac ita, & non aliter per quoſcumque iudices, tam Ordinaria, quam delegata, & mixta autoritate fungentes, etiam ſi S.R.E. Cardinales, etiam Sedis Apoſtolicæ legatos delatere, & nuncios, ac cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, SVBLATA eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi facultate, ubique & in quavis inſtantia interpretari, cenſeri, iudicari, cognoſci, & decidi debere, irritum quoque & inane &c.* Clauſulæ enim huiuſmodi ita iudicibus auferunt interpretandi facultatem, & ut ita dicam, eorum ora obſtruūt, ut nec mutire valeant, & in totum adimunt aliter iudicandi

facultatem

facultatem, quã litera, aut verba insinuant, ut donec, ac quousque per Romanum Pontificem illis aperiatur os, non possint aliquid contra illa proferre, aut dicere, Verallus decis. 134.n.4,p.3. Parisius cons. 38.nu. 7.volum.4. Marchesanus de Commissio.2.p.cõmissi. Appellationis.ca.6.nu.2. Puteus decissio.50.nu.5. lib. 1. & ex Rebuffo & aliis Borgninus Cavalcanus decisio. 27. á num.72. qui affirmat, Rotam Romanam declarasse, nullos esse processus in privilegiorum declaratione factos, ex quo iudici non fuerat á Pontifice os apertum, etiam in eo casu, in quo ex privilegio, tertio præiuditium inferebatur, eamque clausulam habere maiorem vim, quám inhibitionem Ro talem, quæ semper servanda est. Et quidem meritò, frustra enim verba illa gravissima, & tam enixæ volũ tatis significatione prægnantia á Romano Pontifice dicerentur, si non maximé impedirent iudicibus, ne facilè, & temeré volũtatẽ Põtificis declararent, nec audebit quilibet Ordinarius id attẽtare, quod proculdubio nullus Illustris. Cardin. etiã legatus de latere nisi legitima, & plena Sedis Apostolicæ facultate munitus, faceret. Et ita nec Sãtitatis suę auditores sacri in huiusmodi causis procedũt, nisi in cõmissione os illis aperiatur.

Adde verba illa. *Ac ita, & non aliter.* adeo præcisa esse, ut non patiantur aliter dispositionẽ declarari, quã ipsamet verba sonant absq; ulla modificatione, vel interpretatione. glos. 1.&. Baldus in.l. siquidem, de exceptionibus. Craveta cons. 201. n.43. Cephalus cons. 440.n.8.lib.3. Menochius consi. 369. num. 25. & 26. vol.4. Gigas responso.50. n.6. qui alios plures in eam sententiam afferunt. 9

10 Cúm igitur Conservatoriæ verba tam aperta sint, & manifesta. *Vt in quibuscumque causis, tam civilibus, quàm criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conventi rei forent, &c. Omnes & singulos Archiepiscopos Episcopos &c. In suos possent assumere conservatores, & iudices Ordinarios*. Et in Paul.III.literis. *Ipsamque Societatem, & universos illius Socios, illorumque bona quæcumque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione quorumcũque Ordinariorũ eximimus, & liberamus*. Et Pius. V. illis omnia privilegia, immunitates, & exemptiones mẽdicantibus concessa latissimè, & amplissimé concedit, & iudicibus utrobiq; aufert declarandi potestatẽ ut nõ aliter, quã verba sonãt, accipiantur; nulla profecto causa est, propter quã Ordinarius contra Romani Pontificis voluntatem, & prohibitionem, interpretetur, vel modificet, & asserat cum distinctione accipi debere.

11 Quod si ille dubitet, ubi dubitandum nõ est, melius cum Iurisconsulto in.l.1.§. is qui. de exercitoria, fecerit & dixerit, *In re*, inquit, *dubia melius est verbis edicti servire*. Vt in eisdem privilegiis sibi iubetur, ut illorum verbis inhæreat, & inserviat, quod & Romani præceperũt Põtifices in.c.Porro. c. recepimus, de privilegiis.

12 Deniq; quia hæc beneficia principalia, quæ à Pontificia proficiscuntur indulgencia, quàm plenissimè interpretari debemus, ut de Imperatoribus dixit Iavolenus in.l. beneficium. de constitutionibus princi. & Bonifacius. VIII. *Favores convenit amplari*, in reg. Odia, de regu.iur.in.6. Optimè & latè in terminis Oldradus cõsil.300. à num.4. Felinus in c. causam quæ, n. 12. (quẽ nu.10.D.Doctor affert) & n.12. pro nobis est, de rescriptis. Alexander cons.160. á n.4. volu.2. Decius in cap.

cum accessissent. num. 14. in fin. de constit. Tiraquel. in l. boves. §. hoc sermone, limitatione. 8. à num. 4. de verborum significa. Antonius Capicius decisione Neapolit. 189. num. 2. Roland. consil. 93. num. 27. volu. 2. P. Henrriquez lib. 7. cap. 22. num. 3. & cap. 30. in principio. Est enim quædam in his coniunctio, & similitudo. Sicut enim liberalis est, qui privilegia tribuit; ita & qui in eorum interpretatione de verbis aliquid condonat, & concedentis benignitatem, & liberalitatem sequitur, quibus & ipse benignus, & liberalis fit. Qui verò contrarium facit, minimè invidiæ, & illiberalitatis notam fugiet.

Quibus accedit, quod cum horum privilegiorum principalis causa ab initio fuerit favorabilis, licèt ex inde præiudicium alicui resultet (quod in hoc casu nullum resultare supra ostenditur) cum hæc ex causa honesta, & iusta, iureque approbata inferatur, dispositio semper manet favorabilis, & ita nullo, ad præiudicium habito respectu, debet amplissimè interpretari gloss. verbo primi, in fi. in cap. si propter, de rescriptis in. 6. ubi Dominicus. num. 6. Ancharranus. num. 3. Abbas in cap. tua. num. 4. de verborum signifi. Felinus in. c. postulasti. num. 4. versic. fallit. 4. de rescrip. alios Rota Romana diversorum. 1. p. deciss. 454. nu. 12. Et satis constat hanc Regularium exemptionem, & iustam, & honestam, & iure communi approbatam, & demum Sacrosancta Tridentina Synodo confirmatam. Et ne in dubium hæc Doctorum sententia à iudicibus revocetur, Alexandri. VI. literæ initio huius. c. adductæ præcipiunt observari, ut iudices, & alii, ita in privilegiorũ declaratione versentur, ut in causa, quæ ex summi Põtificis 13 14

tificis voluntate favorabilis est amplissimè ea interpretantes observent, & observari faciant.

*Iudices ordinarios in exemptionum causis recusari, ut suspectos posse.*

## Cap. VII.

1 AGENS Societatis causam D. Doctor Leyva quinto loco sic argumentatur. *Quia si ad Ordinarios talis interpretatio pertineret, quando de exemptionis privilegio, & continentia dubitatur, essent iudices in causa propria cõtra textũ in. l. qui iurisdictioni. ff. de*
2 *iurisdictione omniũ iudicũ, & l. 1. C. ne quis in causa propria.* Respondet ex glo. in. c. cũ personæ, de privileg. in. 6. Hanc non ipsius Ordinarii causam esse, sed dignitatis & Ecclesiæ, in quam sententiam plures & graves adducit authores.

3 Hac in re duo à nobis sunt advertenda in hoc casu individuali. Primum, Antonii de Butrii fuisse sententiam, quam nos communem probavimus, Ordinariũ non assumere partes iudicis, ne sit in causa propria iudex, sed extra iudicialiter privilegia inspicere, quod si obstent, remittere. si dubia sint, Romanum consulant Pontificem; si apertè non obstent, in causa procedat. Nos late supra. 3. p cap. 1. num. 11. & ita minimè convenit huic casui hæc responsio.

4 Secundum est. Firmam quidem in aliis causis statui regulam, Episcopum quidem iudicem esse in his, quæ ad suam attinent dignitatem, vel Ecclesiam; posse tamen ob eam causam, ut suspectum recusari, & à

causæ cognitione removeri.argum.text. in. cap. Insinuãte de officio delegati. Vbi Abbas, & Felinus notant, idem Abbas in.c.cum venissent.num.9. post medium, de iudiciis, ubi Felinus. num. 7. dicit communẽ sententiã, facit.c.postremo, de appellationibus, ubi Decius.nu.9.dicit etiã cõmunẽ Franc.ibi.nu. 5.Ioan. Anton.num.11.versic. quarta species. Maranta in speculo.6.p.2.actu de appellat.num.51.vers.20.causa. Alios itidem dicens communem Cæsar de Grassis decis.93. alias.4.de exceptionibus.

Qua propter, cum periculosum sit coram suspecto iudice litigare.c.cũ inter, de exceptionibus, sinistrosque eventus, tristissimosque effectus evenire conspiciamus ex iudicum suspectorum sententiis, & ideo tãquam remedium naturale, recusationis defensio á iure admittatur, ut recte Marchesanus de commissio. 1. p.cõmiss.3.de adiunctis dandis.c.1.n.1.consultissimũ erit, ne in hac specie Ordinarius, Butrii sententia spreta, iudicis partes assumat, illum, ut suspectum recusare, quod & probant Doctores allati, &.c. cum personæ, ibi: *Aut aliquibus prudentibus viris omni suspicione carentibus ad hoc per dictos Ordinarios deputatis, etiam ostendere*. Vnde hoc prævidisse constat Romanum Pontificem, & remedium adhibuisse hoc in casu, quo caput illud locum haberet. Nam in his, qui notoria exẽptione gaudent, satis diximus minimè ad ostendenda privilegia teneri supra.2.p. cap.7.num.3. 5

(.?.)

Qui

*Qui sint Regularium iudices in causis civilibus.*
Cap. VIII.

1 SEXTO pro Societate D. Doct. opponit loco: *Quia in omnibus causis civilibus & criminalibus religiosi omnes suis prælatis subiiciũtur, quos habẽt iudices Ordinarios, ut dicit glos. verbo, Monasterii in Clem. 1. de rebus Ecclesiæ non alienãd. & Pelagius Papa in. cap. nullã. 18. q. 2. dicit quod respectu Monachorum tota potestas ad Abbatem pertinet; Et sic generaliter, & indistincte Regularibus ubilibet servatur sua exemptio, quod Ordinarii, si iure potuissent, fieri non permitterent, & consuetudo est optima legũ interpres.*

2 Respondet distingui debere; aliud esse, ubi conveniri Regularium superiores, & eorum Monasteria debeãt, quo casu Innocentii cõstitutio & Hispalẽsis tribunalis consuetudo servari debet, ut in civilibus coram Ordinario conveniantur. Aliud esse de religiosis singularibus, qui quidem superioribus subiiciũtur; in quibus fatetur nullas esse iudicis Ecclesiastici Ordinarii partes, & procedit. d. c. nullam. Hi namque, cum contrahere non posśint, neque obligari (habentur enim loco filiorum familias, vel servorum. glo. verbo, aut Monachum in. cap. de persona. 11. q. 1. & imputet sibi, qui cum eis contraxerit, Speculator de statu Monach. nu. 6. Et quod superiores coram Ordinariis cõveniri debeant, adducit Emanuel Rodriguez. 2. tom. qq. Regu. q. 62. art. 5. ubi concludit, si Regulares iudicem non habeant, ne eorum privilegium in magnum tertii præiudicium vertatur, coram locorum Ordinariis posse cõveniri

veniri, quæ idem tradit. 1. tom. q. 65. art. 13. ubi valde contra D. Ioannem Gutierrez invehitur.

Satis in. 1. part. c. 2. præfati sumus, exemptionũ privilegia secundum temporum varietates, causarum, & ocasionum fuisse à Sede Apostolica diversimode cõcessa, ut ex unis ad alia non possit legitimè argumentum fieri. Quare omnium optimè Henrricus Boich, in. c. quãto de officio Ordinarii. n. 1. ex sentẽtia Hugotii ait. *Aut quæris de exemptis á iurisdictione Episcopi, & tales respondebunt tam in civilibus; quam in criminalibus coram suo superiore, & si hoc sibi competat de consuetudine legitime præscripta, vel ex tenore privilegii, & ita intellige glossam Accursii. C. de Episcopis & Cleric. Authent. causa, quæ fit. 2. gloss. vel coram Papa, aut Legato, vt. c. ad translationem, de officio legati, de in integrum restitutione. c. 2. vnde tenor privilegii est sequendus. cap. porro de privilegiis.* Hæc ille. sequitur Capella Tolosana. q. 309. nu. 1. Guido Papæ decis. 559. circa medium, ibi: *Semoto privilegio.* Duo ex hoc loco deducimus; primum, in hac materia privilegia inspici debere; deinde, exemptorum causas tam civiles, quam criminales coram Ordinario agi non debere. 3

Iuxta quæ privilegia Regularium superiores, & eorum Monasteria, cum ab Ordinariorum iurisdictione, sint omnino exempta, coram Romano Pontifice, vel coram iudicibus ab ipso in id deputatis, vel coram horum superiorum superioribus, sunt conveniendi; & nullo modo coram Ordinariis, ut supra satis laté prima parte probavimus; memoria retinere debemus illa Gregorii. XIII. in bulla, Ascẽdente, notabilia verba: *Et huic sedi immediaté subiectos, & á quorumvis Ordinariorum,* 4

*riorum, & delegatorum, seu aliorum iudicum iurisdictione omnino exemptos, prout nos etiam vigore præsentium eximimus.* Ex quibus neque delegati in Societatem, & eius personas iurisdictionē exercere possunt, pro quo adiicimus illud ipsum Innocentii. IIII. decretum, in. c. volentes, de privilegiis in. 6. in quo si cōtractus sit initus in loco exempto, si res sita item in loco exempto, utique non coram locorum Ordinariis exempti sunt cōveniendi, sed coram Romano Pōtifice, vel exemptorum superiore. Igitur idem dicendum est in aliis casibus, ubi exemptio loco non arctatur; quare ad consuetudinem. D. Doctor confugit, quam item nullam secūda parte diximus, probavimus, & ostendimus. Et ita hæc prima D. Doctoris distinctionis pars omnino exploditur, eisdem omnino argumentis, quibus. c. volentes, & consuetudinem tribunalis Hispalensis refellimus, & reiecimus.

5 Quod vero attinet ad secundam distinctionis partem, admittimus quidem Monachum, seu Regularem loco filii familias, aut servi haberi, & ideo cum ipso legitime contrahi non posse; neque ipsum obligari, imputetque sibi, qui cum huiusmodi egit, ut Speculator supra, Hostiensis, Innocentius & Abbas in. cap. quanto de officio Ordinarii. numer. 5. alias. 6. Franc. Marcus. q. 1243. p. 1. Marianus Socinus de libelli oblatione. nu. 139. versic. si vero. Dicit communem sententiam Benedictus Capra Regula. 84. num. 44. Non enim proprium habent, neque in voluntate, neque in bonis. c. nolo. c. non dicatis. 12. q. 1.

6 Verum enim veró nonnulli sunt casus, in quibus & contrahere, & conveniri possunt; primó si de prælati

sui

ſui licentia in ſtudio verſentur, & ibi debita contraxerint, gloſſa verbo poſsideri, in . dict. capit . non dicatis, Abbas ſupra dicit communem, Capra ſupra . numero . 59. item ſi Monaſterii cauſam ex prælati licentia ageret, vel bonorum Monaſterii eſſet procurator, & diſpenſator; in his cum Monaſteriũ ad eiuſmodi teneatur debita, adverſus Abbatem, & Monaſteriũ agitur, ita Panormi. & Capra ſupra, qui aſſerunt Abbatem iudicem nõ eſſe, ne ſit in cauſa propria, quod mox dicemus, & quoad eos, qui extra Monaſterium in ſtudiis verſantur ſervandum eſt cap.4. ſeſſ.25. de Regularibus in Sacro Tridenti. Concilio.

Alius eſt caſus frequentior, quando Regularis, vel Monachus ſine ſui ſuperioris venia contraheret, & ex contractu factus eſſet locupletior, vel penes ſe, aut aliũ rem alienam detineret, tunc coram ſuperiori conveniri debet, ita Abbas ſupra, & Capra. nu. 57. Quibus cõvenit Regularem in iure citari non poſſe, in ius enim vocari non oportet eos, qui propter loci religionem inde ſe movere non poſſunt. l.2. de in ius vocando, ubi Horoſcius. n. 7. Marianus Socinus de citationibus. art. 5. num. 45. Accedit, quod licèt controverſum fuerit, coram quo Monachi eſſent conveniendi ratione delicti, ut conſtat ex gloſſa, verbo, ſi prælati in. c. quanto, de officio Ordinarii, & Innocent. Hoſtienſis, & Abbas; obtinuit tamen, ut coram ſuperiore agatur, & ita magis receptam aſſerit Capra ſupra. nu. 3. Lælius Zechius de repub. Eccleſiaſti. cap. 25. de Abbate. num. 5. quod & Cõcilio S. Trid. eſt approbatũ. ſeſſ. 25. de Regul. c. 14. & ita tã in criminalibus quã in civilibus corã ſuo ſuperiore eſt conveniendus ut Capra ſupr. nu. 48. 7

Itaque

8 Itaque tam in uno, quam in alio casu Ordinarius excluditur, id enim exemptionis privilegia apertè dicũt, Religionem, & Regulares singulos ab omni superioritate, iurisdictione, & correctione eximi Ordinariorum, & sub sedis Apostolicæ protectione constitui; & idem rectè Cardinalis Zabarella, & reliqui (quos supra. 1.p.c.2.num. 27. retulimus) affirmant, causarum cognitionem ad Romanum Pontificẽ pertinere. Qui quidem cum omnem iurisdictionem penes præpositum generalem existere decreverit, ut constat ex literis Pauli. III. & ipse eam Provincialibus committat, & Præpositis, & rectoribus localibus, coram eis singuli Religiosi conveniri, & Præpositi, vel Rectores, & eorum domus coram Provinciali, & ille coram Generali poterunt, & omnes, si actores acquiescere noluerint, coram iudicibus Conservatoribus electis, qui Societatis sunt iudices Ordinarii, ab ipsa Sede Apostolica deputati, & nullomodo coram Ordinariis, ut supra prima parte ostendimus. Et de ordine, quo id expediat servare dicemus.c.fin. infra.

9 Illud tamen non omittimus, Abbatem in causa sui Monasterii iudicem esse posse; sicut & Episcopus in causa suæ Ecclesiæ, ut capite superiori. nu. 4. diximus quæ communis est sententia; sicut etiam in causa sui Monasterii potest esse testis. cap. insuper, de testibus, latè Mascardus conclus. 3. tom. 1. quidquid in hoc Abbas in. d.c. quanto, dicat, & Capra supra, accipi enim debet, ut recusari possint, quemadmodum & Episcopus, ut suspecti, ut diximus capite superiori. Et tũc vel ad iudicẽ á Sede Apostolica deputatũ, vel ad illius superiorem erit recurrendum, non vero ad Ordinariũ.

Ema-

Emanuelis Rodriguez non admittimus ſententiã, 10
qui quidem minimè advertit, id, quod iure communi traditur, ad noſtri temporis Regulares trahi non poſſe. Monachi enim, ut. 1.p.cap.2. diximus, ſolum á lege diœceſana erant exempti; & ita Epiſcopi iuriſdictionis legem in Abbates, & Monaſteria exercebant. Hodie veró ab utraque lege liberi, & exempti ſunt. Præterea cũ cõtenderit corã Cõſervatoribus cõveniri nõ 11
debere, ſed corã Regulariũ ſuperioribus, difficultate præſſus in alterum decidit extremũ alieniſsimũ prorſus á privilegiorũ exemptione; & qui negaverat. 1. tomo. quæſt. 65. artic. 13. non debere coram Ordinariis conveniri, & caput, volentes, in his locum nõ habere, ut tom. 2. quæſt. 2. art. 8. etiam quo contractus ſit initus extra locum exemptum, vel etiam res, de qua agitur, extra eum ſita, nõ debere coram locorum Ordinariis conveniri; modo quod ſuperiores longe diſtent, concedit conveniri poſſe. Quaſi veró, qui exemptionem conceſsit, & eos immediaté Romano ſubiecit Pontifici, longiſsimè eum diſtare nõ vidit, & nihilominus conceſsit. Item ſi aliquis Prior delictum grave cõmit- 12
teret publicé extra Monaſterium, & ſcandaloſum, & longé diſtet Provincialis, dicet etiam punitionem Ordinario competere contra Concilium? Sed equidem maius reipub. detrimentum verſatur in delictis, quam in debitis civilibus. Et ſicut in illis non deeſt ſuperior, quem monere Epiſcopus debeat; ita nec in his, ut debitor eum conveniat. Nam quemadmodum, quód cle- 13
ricus in cauſa civili, vel criminali ſit conveniendus, coram Vicario Generali in Metropoli reſidenti, ideo ſi clericus longe à Metropoli degat, velut in hac Hiſpa-

lensi diœcesi apud Ayamontem, quæ fere centum milliariis distat, dicemus propterea coram Vicario foraneo conveniendum, vel inter laicos causam matrimonialem ibi ventilandam, quod incommodum illis sit, & utique magn, umad Metropolim accedere? Neutiquam. Possemus sexcenta adducere exempla, in quibus nunquam, quæ recte stabilita, & constituta sunt, propter aliquorum incommodum immutantur. Prætores, quos vulgo Corregidores dicimus, quód á Curia, vel Cancellaria Regia longissimè distent, propterea conveniri poterunt in causis illis occurrentibus civilibus, aut criminalibus corã iudice Ecclesiastico? Nullo modo. Atqui creditores, & damnum passi, detrimentum accipiunt non leve. Ita quidem, sed á iure constituta, servãda, & tam Ordinarii Ecclesiastici sunt incompetentes iudices Prætorum, quam Monachorũ. Quid de illis dicemus, qui causam in prima instantia coram Ordinario Hispalensi egerunt? Vna erunt contenti sententia, & naturale appellationis remedium nõ habebunt, quia cum Metropolitanus in secunda instãtia, vel Romanus Pontifex, vel eius Nũtius in curia Catholici Regis degens, adeundus sit, quod quidem maximum est incommodum, ut vel innumeræ causæ unica sententia finiantur, vel cum tanto litigãtium detrimento, appellatio sit admittenda, & prosequẽda. Vtique, si argumentum contrariũ vim haberet, sequeretur, ut etiam incompetens iudex de causa appellationis cognosceret. Sed minime gentium id admittitur, neq; id ita urget, ut nõ habẽti, iurisdictio tribuatur. Sed quis eorum numerus est, qui Regulares in ius vocãt, si illis cõparentur, qui ad curiã Romanã, vel Regiã accedunt,

dũt,ut in secũda,vel in tertia instãtia eorũ causæ cõmittantur? Certè ferè nullus. Et tamen neque contrarium admittitur,neque illud incõmodum impedit, quominus iustitiam prosequantur. Quare sicut in illis casibus non grave existimatur,vel ad Metropolim,vel ad Curiam Romanam,vel Regiam accedere, ita nec in his, qui ad Regulares pertinent,quod facile per Curiales, quos vocant,fieri res ipsa demonstat, vel superiorem Provincialem adeant,etsi aliquantulum distet.

Illud etiam omnino rejicitur,ex eo, quód privilegium in alicuius detrimentum vertatur, propterea vires amittere, & cessare. Nihilominus tamen asserimus, privilegii favorẽ id operari,ut etiam si in alicuius detrimentum redundet,adhuc vigeat, & vires habeat, ut supra hac parte.capit. 6. numer. 13. diximus. Immó quando in magnum multorum verteretur detrimentum, ut privilegio derogetur,princeps consulendus est, & non ipso iure amittitur, glossa singularis in capite suggestum, verbo querelam, de decimis, ubi Hostiensis, Innocentius, & Abbas.numer.4. Alexander in.l. ex facto, num.9. de vulgari glossa. 1. in fin. in regula decet, in. 6. ubi Francus. numer. 2. in fine. laté & optimè decisio. 83. Rotæ Romanæ diversorum à num.7.part.2. Tiraquelus in tract. cessante causa in principio.num. 220. ubi privilegii cessante causa, non cessat privilegiũ,sed princeps consulendus. Quare neutiquam coram Ordinario Regularis conveniendus, ob creditoris aliquod incommodum. In Italia solum est Ordinariis concessum, ut in defectum Conservatorum, possint Regulares in ius vocare, ut nos prima part. ca.7. diximus. Quod in Hispania locũ 14

non habet, cum expressé, & nominatim fuerit illud in Italia statutum, ut ibi tradidimus.

*De causis, propter quas exemptio Regularibus fuerit concessa, & nec posse, nec expedire illi renuntiare.*

Cap. IX.

1 ALIVD adversus Regulares D. Doctor Leyva exhibet argumentum pro temperãda exẽptionũ, ut ipse ait, duritia. Exemptiones ideo Regularibus concessæ, ut à curis, & strepitu sæcularis iudicii liberius Deo vacarẽt. c. luminoso. 18. q. 2. *Nunc verò*, inquit, *in tantum plurium Regularium opes sunt auctæ, & eorum Monasteria possessionibus ditata, eorum desiderio minimè clauso, ut pro rebus tuendis, & acquirẽdis, debitisque exigendis, ut actores voluntarii quotidie forensia, litesque plures, & earum strepitum in secularium tribunalibus, reorum forum sequentes, subire non dedignentur. Quare rebus sic stãtibus, & eorũ quiete activè in acquirẽdis turbata, pro debitis, & mercedibus sæpe pupillis, & viduis, & aliis miserabilibus personis solvẽdis, pluries corã me de dictis Regularibus quærellam cum lachrimis ob non solutionẽ proponẽtibus, in tribunalibus Ecclesiasticis coram Ecclesiæ ministris comparere non patiantur? Sæpe præterea excipientes, pro dictis debitis nõ solvendis, in maximum populi scandalũ, quòd Sedi Apostolicæ sunt immediatè subiecti, illuc miseros creditores remittentes, cum non sit fatendum, Sedem Apostolicam in exẽptionũ cõcessionibus (ut d. Emanuel supra dicit) talia præiudicia, & damna inferri voluisse, quia iniurias non procedere dicẽdũ est, unde iura oriũtur. Et cũ ex superioribus videatur*

*videatur causa privilegii cessare, ipsum privilegium cessare, vel saltem temperari debet. c. generaliter. 16. q. 1. c. suggestum, de decimis, Silvester verbo, privilegium. q. 4. Eman. q. 10. art. 10. tom. 1. Regul. qq.*

Quare gravissimos, & eruditione omni & religione plenos, & religiosos selectissimos monet, ne pudeat subditis præcipere, & alios instruere, ut istum errorem corrigant, & tria hæc attendant. 1. Ordinarium iudicem fugere in civilibus secundũ æquitatem non licere. 2. Idem secundũ honestatem non decere. 3. Secundum utilitatem non expedire. Duo prima ex dictis constare; ultimum, si iustitiæ complementum desiderant, ubi melius ministrabitur? Si autem ea resistẽte (quod absit) aliquid desiderari contigerit, non erit secundum utilitatem expediens, sed ut pestis fugiendum. Et finem imponit verbis. c. cum personæ de privileg. in. 6. productis. 2

In hoc ultimo Domini Doctoris argumẽto, quo magis eius modestiã, & temperantiã novimus, eo minus eius verba agnoscimus, quæ ita in viros religiosos, & Deo dicatos inuehuntur. Nos, qua poterimus moderatione, satisfacere curabimus. Asserimus itaque, Regularium exemptionẽ omnino servari oportere, neque ulla scandala, detrimenta, aut incommoda ex illa oriri, quin immo, si non servetur, ea omnia vereri posse. Cúm experientia, quæ rerum agendarum mater, & magistra perhibetur, compertissimum sit, maximè expedire, ut Regulares ab Ordinariorum eximantur iurisdictione, idque sanctissimis Pontificibus cõcedẽtibus approbãtibus, & cõfirmantibus, & Sacrosancta Tridentina Synodo in Spiritu sancto legitimé 3

congregata innovante, & ſtabiliente, contrarium nec admittendum, ſed nec aſſerendum eſt: *Enim veró*, inquit, *Stephanus Papa, quia in ſpeculum, & exemplum ſancta Romana Eccleſia, cui nos Chriſtus præeſſe voluit, propoſita eſt; ab omnibus quidquid ſtatuit, quidquid ordinat, perpetuò & irrefragabiliter obſervandum eſt.* 19. d. Itaq, nemo debet improbare, quod illa approbat. capit. 1. eadem diſtin. Cúm tamen ſatis, ſuperque eſſet experientia, optime enim Dioni. lib. 11. antiquit. Roman. *Vbi experimentum docet, quod conferat, quid illic opus eſt ſpeculationibus?* Sed argumentorum vim conſideremus, & rationes propter quas privilegia exemptionis fuere conceſſa, perpendamus, ut inde noſtra aſſertio probetur.

4 Imperatores quidem olim militibus fori conceſſerunt privilegia, ſed quæ magis cum his, quæ Regularibus fuere conceſſa cõveniunt in ratione ſunt, quæ Decanis ab Imperatoribús Theodoſio, & Valentiniano indulgẽtur. l. 2. C. de Decanis. lib. 12. *Noſtræ pietatis*, inquiunt, *famulationibus adhærentes Decanos, nõ oportet pro deſiderio pulſantiũ ad alia protrahi iudicia, ſed viri illuſtris tantum Magiſtri officiorum obſervare examẽ. Hoc namque modo neque manſuetudinis noſtræ obſequia decipiuntur, & agentibus adverſus eos adhibetur reſponſum.* Idẽ de ſilentiariis eodem. lib. l. 4. *Ne ad diverſa trahi viri devoti ſilentiarii iudicia, ſacris abſtrahi videãtur obſequiis, iubemus eos, qui quemlibet devotiſsimorum ſilentiariorũ ſcholæ, vel eius uxorem, civiliter, vel etiam criminaliter pulſare maluerint, minimè eum ex cuiuslibet alterius iudicio, niſi ex iudicio tãtũmodo viri excellentiſsimi Magiſtri officiorum conveniri.* Sunt autẽ hi, qui in Palatio Principis excubias agunt.

Vnde

Vnde iuſtè hi Palatini ſilentiarii, & alii Decani ab Ordinariorum eximuntur iuriſdictione, ne propterea à Principis obſequiis abſtrahantur, quod quidem multo potiori iure eſt Regularibus conceſſum, qui divinæ aſsiſtunt maieſtati, & ſane iuſto iudicio cœleſtis Imperatoris obſequio inhærentes, ſpeciali decet prærrogativa gaudere, ut optimè notat Oldradus. conſil. 300. à num. 4. qui pulchre, & latè, id proſequitur; idque iuſtè debitum contendit. 5

Quod vero contra id adducitur argumentum, ceſſante cauſa ceſſare privilegium, primum debile eſt; quod ſi firmum, & validum eſſet, quoad clericos ſeculares in bonis temporalibus Eccleſiaſtica iuriſdictio, & à ſecularibus iudicibus exemptio, profecto nutaret, & ruinam minaretur. Propterea namque Romani Pontifices clericos, & eorum bona temporalia á ſeculari exemerunt iuriſdictione, quoniam plurimum conducit, Eccleſiæ regimini, ne eius miniſtri ſecularibus ſe implicent negotiis, iuxta Apoſtolum. 2. Timoth. capit. 2. unde utile, & neceſſarium fuit ad liberius, & rectius miniſtrandum Eccleſiis, ut ad ſecularia non trahantur tribunalia, ut rectè D. Covarru. lib. practic. cap. 31. num. 3. & utriſque tam clericis ſecularibus, quã Religioſis æqualiter, ne ſecularibus ſe implicent negotiis prohibetur, ut S. Tho. 2. 2. quæſt. 187. artic. 2. cuius verba infra adducemus. Atqui iam cernimus in quem ſtatum Eccleſiaſtica devenerit diſciplina, & ut clericorum litigantium plena ſint ſecularia fora (ſunt tamen quamplures clerici ſeculares vitam integerrimam, & ſantiſsimam agentes, quos ab aliorum numero ſemper excipimus.) Malè utique diceret, qui 6

propter caussam cessantem, eorum cessare fori privilegium, affirmarent. Quod etiam idem in Regularibus dicendum.

7 Primò namque gravissimam, & difficillimam suscipiant provinciam necesse est, qui in utrisque privilegiis concedendis causam cessare probandum susciperet, nullo enim modo cessat. Hæc enim causa plus habet in recessu, quam in fronte promittit. In ea enim totius Ecclesiasticæ reipublicæ basis, & fundamentum situm est, unde altiores, & profundiores radices egit, quã ut à quolibet vento facile cõvellantur. Sicut enim civilis, & politica respublica ab Ecclesiastica est seperata, quoniam unaquæq; seiunctos, & separatos habet magistratus, & cives, ex quibus respublica diversa coagmentatur; & nulla ratio est, propter quam laici in temporalibus ad Ecclesiastica trahantur tribunalia (omitto causa peccati) ita nec é converso; conveniendi sunt clerici coram laicis iudicibus: H*abent*, inquiunt Imperatores, *clerici suos iudices, ne quidquam his publicis commune cum legibus, quas decet Episcopali autoritate decidi*. l. fin. de Episcopis, & clericis in. C. Theodo. Anastasius Germonius de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 15. numer. 22. nam ut præclare. S. Thomas. 1. 2. quæstio. 95. articulo. 4. ad. 3. Secundúm diversas gubernandi formas leges distinguntur humanæ, nam quæ propter finem fiunt, necesse est quód eorum forma dirigatur ad finis proportionem. Vnde ad rem bene gerendam, rei cognitionem illum habere oportet, qui eam ex officio tractat; quod minimè contingere potest alterius reipublicæ Magistratui, sed illi qui sibi commissam rempublicam subiectam habet.

Cui,

Cui, si potestatem ademeris, & alter rei transigendæ se immiscuerit, rerum publicarum discrimen tollitur, ordo, quo non est in natura præstantius, confunditur. 9
Hinc provenit illud in iure pontificio admirabile, cuius non facile asignatur ratio, quód clericus in alieni Episcopi iurisdictionem consentire non posit, c, significasti, de foro competenti. Cum tamen omnes sint eiusdem ordinis. Nam ut Sanctisime Gregorius ille Magnus inquit. *Si sua unicuique Episcopo iurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confunditur.* Capite pervenit. 11. q. 1.

Quod si hoc in clericis obtinet, quanto potiori iure in Regularibus debet servari, qui seiūctam, & separatam á clericis secularibus efficiunt rempublicam, diversis propositis finibus, Rectoribus & legibus. Vt enim animantis corpus, tum capite, quod regit, tum reliquis membris, quæ obediunt, & reguntur, constat; sic totum religiosæ corpus reipublicæ membra habet, idest, singulos regulares, qui in unam, religionis causa, convenere societatem; habet & caput, idest, Priores, Guardianos, Præpositos, & Rectores. Vt optime Hierony. Plati lib. 2. de bono statu Relig. capite. 35. Alienum invexeris caput, si non Magistratibus Regularium subiiciantur. Quare merito ab Ordinaria eximuntur iurisdictione, ut á Prælatis tanquam á Pontificis delegatis gubernentur, ut potequi in perfectionis via, & regula exercitati in regulis disciplinæ officio contineantur, ut P. Henrriquez lib. 7. capit. 24. num. 7. tradit. 10

Accedit, quód cùm Regulares in Domini vinea 11
maxi-

maximis defatigentur laboribus, ſublevari eos oportet,& minimê ad alia opera,officiis eorum interruptis diſtrahendi ſunt. Obedientiæ enim perfectio, quam ſubditi prælatis ſuis exhibere tenentur, imminueretur maximè, ſi Ordinariorum ſubiacerent iuriſdictioni. Neque facilé dici poteſt, quantum religioſa diſſolveretur diſciplina, ſi hoc Regularibus pateret diverticulum. Modicum id videtur coram Ordinario Regulares conveniri; modica dicẽda nõ ſunt, ex quibus magna conſtãt, & qui ſpernit modica, paulatim decidet Eccleſiaſtic. 19. Et conſidera, in quas miſerias Eccleſiaſticus ordo deveniret, ſi clerici coram ſæcularibus convenirentur. Et crede æquales, & maiores, ſi
12 Regulares coram Ordinariis. ¶ Itaque huius rationis cardo in eo vertitur, nam, in Dei Eccleſia peculiares miniſtri à laicis diſtincti,ſunt iure Divino deſtinati ad ea, quæ ad Diuinum cultum pertinent, qui, ſicut laici in republica, eius bonũ temporale habent finem propoſitum, ita in ſpiritualibus, & Dei cultum, & animarum ſalutem habẽt ſuarum functionum finem, propter quem diverſam efficiunt rempub. ſuis legibus, & magiſtratibus diſtinctam. Et ideo his, ne á Divinis avocentur obſequiis, & ſecularibus ne ſe implicent negotiis etiam in bonis temporalibus,à ſeculari iuriſdictione per Pontifices eximuntur. Nullatenus hæc cauſa ceſſat, etiam ſi ipſi fora ſecularia frequentent, niſi omnino clerici eſſe deſiſtant. Religioſi item peculiari vitæ inſtituto, ac nominatim Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ ſe totos Divino cultui addixerunt,ſeparato á clericis modo, diverſam ab illis effécere rempublicam; quare ſuis ſubiecti fuere ſuperioribus; & ne ab

eo

eo, in statuto Dei serviendi suscepto, avocarētur, ab Ordinaria per Pontifices sunt exempti iurisdictione; quæ ratio, sicut in clericis non cessat, ita in his, ex eo quod aliqui secularia agant negotia, cum tamen illi, & reliqui vitæ non deserant institutum. Quæ cum ita coniuncta sint, & æqualiter procedant, si admiseris, propter paucos Religiosos, qui propter necessitatem ad fora secularia accedunt, exemptionis perire privilegiũ, necessario admittere debes, propter eandem causam, & multo urgentiorem, clericos seculares in bonis tēporalibus coram laycis iudicibus cōveniendos. Quod utique meritò non admittes, & consequenter nec illud potiori ratione.

13 Ex his patet, quod initio diximus, nullo modo cessare causam, neque in Regularibus, neq; in clericis secularibus suarum exemptionum; licét enim illæ concesse fuerint, ut melius Divinis mancipētur obsequiis, hæc causa adhuc viget, vigebitq; nisi omnino religio deseratur, nō enim cessat, quód aliqui secularia fora frequentēt, quod enim unus aut alter temporalibus rebus vacet, ut reliqui charitatis, & misericordiæ operibus exerceantur, vel contemplationi se dedant, non debet vitio verti, neque causa cessat, cum in eis adhuc vigeat, & conservetur, & propter illos, qui temporalibus student, non defficit. Cúm enim sine temporalibus spiritualia conservari nequeant, omitti non oportet. Ita Apostoli septem elegerunt Diaconos qui mensis ministrarent, ut ipsi orationi, & prædicationi instarent, Actorum. 6. & omnes simili debent gaudere privilegio. AEqua enim pars erit descendētis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter 14

divi-

divident, ut dixit David. 1.Reg. cap.30. Neque enim illi possent Deo vacare, nisi hi alimenta ministrarent. Optimè Sanctus Thom. 2.2. quæst.87. art. 2. *Est ergò, inquit, dicendum, quod causa cupiditatis secularia negotia gerere, nec Monachis, nec Clericis licet, causa verò charitatis negotiis secularibus cum debita moderatione se ingerere poßunt, secundùm Superioris licentiam, in ministrando, & dirigendo. Vnde dicitur in decret. 88. distinctione. Decrevit Sacta Synodus nullum deinceps clericum, aut possessiones conducere, aut negotiis secularibus se permiscere, nisi propter curam pupillorum, aut Orphanorum, aut viduarum, aut si forté Episcopus civitatis Ecclesiasticarum rerum solicitudinē eum habere præcipiat. Eadem autem ratio est, de religiosis & clericis, quia utrisque similiter negotia secularia interdicuntur.* Vnde constat non cessare exemptionis rationem, & causam, quæ ita omnes respicit, ut nisi ab omnibus deseratur, cessare propter aliquos non potest.

15 Et ubi causæ, vel reliquiæ supersunt, privilegiū locum habere debere, neq; quod in parte aliqua cessaverit propterea amittatur recte probat.l.3. in fine de actione rerum amotarum. Et latè Tiraquelus in tractatu de iure primogeni. quæst. 40. á num.171. Dinus in regul. decet. numer.3. de regu. iuris in 6. argum.l. Vnius.§. servus, de quæst.

16 Deniq; in hac disputatione de causa cessante, oportet considerari, fuerit ne finalis, an impulsiva, & in dubio impulsiva præsumitur. Glossa recepta in.l.2. §.fin. de donationibus, & optimé Dinus in reg. decet, de regul.iuris num.6. in.6. ubi Moderni, additio plures refert, lit. D. ubi asserit, affirmantem, causam esse finalē, proba-

probare debere; impulsiva enim præsumitur. Late Tiraquelus in tractatu, cessante causa. 1. limitatione. n. 85. & de causa finali, & impulsiva á num. 21. Doctor. Covarruvias lib. 1. Variarum cap. 20. num. 2. Menochius de arbitrar. casu. 201. num. 22. Quoniam, ubi cessat impulsiva, utique privilegium non cessat. l. 2. §. fin. & l. sequenti, de donationibus. l. 1. §. Sexum. de postulando, & omnes supra. Itaque, si ut sonat, causa accipiatur, utique impulsiva erit; si ut nos interpretamur, finalis; sed neutiquam nec impulsiva, nec finalis cessavit. Quód si impulsiva cessasset, non propterea privilegium cessaret, & hæc, de privilegii causa cessante, disputatio ad Principem pertinet, ut nos supra. c. 8. n. 11. diximus. 17

18 Multi huius exemptionis rationem esse arbitrãtur, quòd Ordinarii Regularium quietem iniustè perturbarent, vnde Romani Ponptifices, quorum est miserabilibus, & destitutis defensionis tribuere protectionem, eos in sua suscepere tuendos, & meritó ab eorum exemerunt iurisdictione, non nihil innuitur. in d. ca. luminoso; multa referuntur in Clemẽtina. 1. de excessibus prælatorum, ubi gravissimé de prælatis Regulares querellam proponunt. P. Henrriquez d. lib. 7. cap. 24. num. 6.

19 Quod attinet, non licere ab Ordinarii fugere iudicio, nec decère, nec utile esse. Satis ex prima, & secũda nostræ allegationis parte ostendimus, minimè Regularibus licere his renuntiare privilegiis, & multo minùs decere. Modo ostendemus, nec utile esse. Neque enim utilitas in eo versatur, quòd iniusta á conservatoribus, vel aliis iudicibus Apostolicis sperent Regu-

Regulares iudicia; ſed in aliis multis, quæ ſecundũ iuris præſcripta illis tribuuntur, & in iudiciis Ordinariis præſtari nequeunt. Alioquin huiuſmodi exemptiones inutiles forẽt, immó omnino iniuſtæ, & iniquæ. Quod abſurdiſsimum eſt cogitare Sedem Apoſtolicam illas
20 conceſſurã, ſi id ex eis ſequi, conſpiceret. ¶ Multa igitur in eis exemptorum verſantur commoda, ſine iuſtitiæ detrimento. Quorum meminere Imperatores in l.fi.C. de Caſtrenſianis.lib.12. *Sed ne in hoc ipſo iudicio*, inquiũt, *enormibus moleſtentur diſpendiis, vel ex nudis cõveniantur facilè iudicis cuiuſcumque mandatis, ipſis quoque Sportulis*. Quæ latè proſequuntur. Et inter alia, ut nõ facilé àquocumq; iudice ſtatim in ius vocẽtur, ex quacumque calumnia, & aliæ utilitates referuntur. Inſuper, quòd, ſicut privilegiis cavetur, ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ac ſola facti veritate inſpecta, procedi debet; quod nullo modo in Ordinarii tribunali fieri poteſt, ſed omnino iudiciarius ordo ad vnguẽ ſervandus, in quo quot diſpẽdia, quot ſumptus erunt? Sportulas quid commemorem? Quas ſi iudex remiſerit, ſunt alii, quibus debeãtur, & à quibus exigantur. Quid referam illius tribunalis litium multitudinem, quibus ſe invicem impediẽ
21 tes, valde retardantur. Omitto, indignum Regulares in illa cauſarũ curia, ſive foro verſari; quod vel ſolum Ordinarios movere deberet, ut iuſtiſsimum crederent, ſecretó apud aliquem iudicem privatum conveniendos eſſe, & ſi qua in illis humana fragilitate fuerit culpa, vel hominum calumnia, falſitas impoſita, non publice in conſiſtorio libelli legantur, ſed remotis arbitris. Oportet namque Ordinarios de bono Regularium

larium nomine curam habere, vel si ipsi illud negligerent. Sacer ille Gregorius ait. *Neque honorem esse deputo in quo fratres meos, honorẽ suum perdere cognosco, Meus namque honor est, honor universalis Ecclesiæ, meus honor est fratrum meorum solidus vigor, tunc ego vere honoratus sum, cùm singulis quibuscũq; honor debitus non negatur.* ca. ecce. 99. distinct. Hæc & alia ex exemptionis privilegio sequuntur commoda. Vnde cum Innocentius in capite pastoralis, de rescriptis, nullius momenti putaret esse coram uno iudice, quam coram alio conveniri, cum iustitiam coram quovis possent obtinere, Abbas ibi, nume. 5. hac relata sententia, ait. *Hostiensis tenet contrarium, quia multum prodest iudicem habere favorabilem, saltem in arbitrariis, ut in capite consuluit, de officio delegati. Audio quód alias fuit consultum secundùm opinionem Innocentii, sed mihi plus placet opinio Hostiensis, nam si non interest, magis habere unum iudicem, quam alium, frustra fieret ista contentio, quæ est hic.* Vnde idem Abbas in capite, ad audientiam num. 12. & 13. de præscriptionibus, plurimum interesse subditorum ait, non mutare dominium, maximé Romani Pontificis. 22

Sed in hac disputatione non sunt omittenda Sancti Bonaventuræ verba in Apologetico in eos, qui Ordini fratrum Minorum adversantur, q. 12. dicebant namque adversarii. *Quod non solùm istud non facitis, sed etiam non contenti Episcoporũ iudiciis, obtinetis à Sede Apostolica iudices Cõservatores, & ad illos quoslibet molestãtes vos, etiã leviter, citatis, & gravatis laboribus & expensis.* Respondet Seraphicus Doct. postquam adversariorũ calumnias retulisset, his verbis. *Plura alia mala suscitarent,* 23

*nobis veritatis adversarii, si non haberemus munimen per Sedem Apostolicam, quæ non tam nobis, quám Ecclesiæ, & Fidei Catholicæ nocerent, & hæc in dedecus ipsius sedis redundarent, quæ ordinem plantavit, & confirmavit, & ad profectum Ecclesiæ destinavit. Nam & Apostolus Paulus, qui paratus erat omnia adversa subire pro Christo, videns obesse fidei, & Ecclesiæ, si traditus fuisset à Felice, vel Festo Iudæis, Cæsarem appellavit, ut legitur in Actis. Vt ergo parcamus ei á peccato iniquæ persecutionis, & nobis á frequenti vexatione, & aliis á nocumẽto animarũ, Conservatores habemus á Sede Apostolica nobis datos, qui privilegiorũ nostrorũ iura defendant, & â calũniantibus tueantur.* Singula verba notatu dignissima sunt, & proculdubio, ut ait Sanctus Doctor, quæ in Regulares, privilegia & Conservatores dicuntur, in Sedis Apostolicæ iniuriam, & dedecus vergunt, quæ & Regularium concessit privilegia & ordinem instituit, & approbavit.

23 Quod attinet ad divitias Regularium, & eorũ cupiditatem, cui nullum in opibus congerendis, & cumulandis modum adhibẽt. Quid nam obsecro reprehensione dignum in hoc esse potest in iis, qui non superflua, & ad magnificentiam, & vitæ luxum, sed necessaria tantúm quærunt, ad vestitum, & victum, ut habentes alimenta, & quibus tegamur, his simus contenti? ut dicebat Apostolus. Vbi sunt istæ Regularium opes, & divitiæ? Si quod Monasteriũ est Hispali, quod abundat, non ne in pauperum, & miserorum alimenta, & non in aliorum perniciem eius abundantia convertitur? Quoad Domũ professam Societatis I E S V pertinet, utique eleemosynis vivit, ut cum Sancto Bonaventura meritó dicamus. *Qualiter*, inquit, *in hoc agere licité*

*licitè poßumus adverte, & tũc nõ iudicabis nos, (si sanè intelligis) transgressores. Protestamur nos secundũ regulã nostram, nil debere, seu velle possessionis, vel certorũ redditũũ recipere, vel habere. Quia verò mẽdici sumus, & pauperes, ea, quibus præsenti necessitate indigemus, ideo recipimus prout licet, sive pro solvendis debitis, vel neceßariis procurãdis.* In eodem Apologetico q.9. Collegium verò Sancti Hermenegildi affirmamus, nõ solum non necessarios habere provẽtus, sed illi singulis deesse annis ad præceptores, & scholares alẽdos, qui Grãmaticæ, Rhetoricæ, Philosophiæ, & Theologiæ in totius republicæ utilitatẽ, singularẽ navãt operã. Domus verò probationis cũ qua hæc lis cæpta, & quæ in ius vocata fuit, vtiq; deserta solis duobus è Societate inhabitatur, quòd nõdũ ad novitios alẽdos bona sufficiant; cũ tamen sufficientisimi redditus, & provẽtus essẽt, illorũ duorũ pinguiũ beneficiorũ, quorũ D. D. in suis fũdamẽtis memoriam facit honorificã, quibus sine ulla Regulariũ invidia fruitur.

Regulares quidẽ spretis transitoriis põpis, Religionis iugũ sunt amplexati, & sub eo Christi pauperis vestigia sequũtur, & viduarũ, & pupillorũ, & miserabiliũ personarũ bonis inhiare, ut cũ lacrimis quærellas proponãt, crimẽ gravissimũ est; cuius nos liberos, & minimè tã grãdis delecti cõscios fatemur, quòd si ad alios attinet, nullo modo in causa, quæ contra Societatẽ agitur, obiiciendũ erat, nec propter vnius, aut alterius factũ, universis Religiosis notã inurere decet, nec iustum est. ¶ Sed in hoc duo advertere oportet, primũ quidẽ; viris prudẽtibus, qui reipub. gubernãdæ asidẽt, necessariũ esse oculatã habere manũ, ut dicitur, ut ea tãtummodo credãt, quæ viderint, ne facilè lacrimis ducãtur, 24 25

& fidem adhibeant, Audi S. Bernardũ ad Eugeniũ dicentem. *Est item vitium, cuius si te immunẽ sentis, inter omnes, qui chatedras ascẽderunt, sedebis, me iudice, solitarius, quia veraciter levasti te supra te iuxta Prophetam, Facilitas credulitatis hæc est, cuius calidissimæ vulpeculæ magnorũ neminem comperi satis cavisse versutias.* Illud itaque verissimum est, ex his, quæ contra Religiosos dicuntur, multa falsa, multa improbè cõficta esse, ut rectè P. Plati de bono statu Religio. lib. 3. c. 25. ostendit. Quod si
26 aliqua vera sunt, quod est secundũ, audi S. August. in Psal. 132. *Et nos*, inquit, *novimus tales, sed non periit fraternitas pia, propter eos, qui profitentur, quod non sunt. Tã sunt enim Monachi falsi, quam & clerici falsi, & fideles falsi.* Et Doctor maximus Hieronymus. *Noli*, ait, *respicere Iudam negantem, sed Paulum respice confitentem.* Luculenter S. Augustinus Epist. 137. reprehẽdit eos qui unius factum, in universum Regularium nomen retorquent. *Etsi enim*, inquit, *contristamur de aliquibus purgamentis, consolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amurcam, qua oculi nostri offendũtur, torcularia detestari, unde apothecæ Dominicæ fructu olei luminosioris implentur.* Præclara sententia, & quæ Ordinariorum animos pungere deberet, ut animadverterent, quantum apotheca Dominica, idest Ecclesia Dei, & fidelium animæ illis commissæ, hoc Regularium oleo, idest opera, & diligentia, & Sancti Spiritus vnctione adiutæ illuminentur; & quantum eis in Regularibus & præsidii, & adiumenti sit, vt oneri sibi imposito satisfaciant, ut rectè P. Plati ubi supra notavit. Quód si hoc animadverterent, equidem nullo modo in hoc fœlicitatem constituerent,

vt in eos iurisdictionem exercerent, & integram, & illibatam conservarent; qui iustisimo titulo ab ea eximuntur; neque grave ducerent, si pro viribus privilegia defenderent. Qui quidem, & si perfectionem profiteantur, sicut & alia, temporalia tueri tenentur, ut optimé Sanctus Thomas in opusculo. 27
19. supra citato. ca. 15. *In illis*, inquit, *quæ ad detrimentum commune pertinent, etiam temporale, non est perfectionis, sed negligentiæ, vel pusillanimitatis talia incommoda, dum poßit resistere, sustinere.*

Denique ad eam, quã nobis objicit Bonifacii. VIII. 28
constitutionem, in c. cum personæ, de privilegiis lib. 6 Respondemus, eam contra illius esse intentionem, & illum non recte argumentari probat; cúm enim Romanus Pontifex dixisset, personas Ecclesiasticas tam Religiosas, quam seculares plura præsumere, quæ illis infamiam parerent, prætextu exemptionis, Ordinariorum correctiones subterfugientes, & eorum forũ declinantes, non intulit, quemadmodum D. Doctor, Regulares omnes Ordinario subjiciẽdos, exẽptiones tallẽdas, & anullãdas, nõ utiq; id intulit, sed privilegia ab Ordinariis cõspiciẽda, ut illa servarẽtur. Ex quo sequitur apertè nõ ex eo, quód aliqui exempti malé privilegiis utãtur, exẽptiones iniquas esse, & propterea irritandas, sed ut omnino expediẽtes, & necessarias cõservari oportere. Alioquin etiã sanctisima, & iure Divino constituta auferri oporteret, quoniã perversi eis abutantur. Optimè Augustinus non propter amurcam oleum detestamur, neque ut alibi ait, *Propter paleam relinquimus aream Domini, neque propter pisces malos rumpimus retia Domini.* Capite quisquis 24. quæst.

 1. ca.

1. c. 1. §. quisquis. 23,q.7.Itaque quod nobis obiicit, nostræ magis favet sententiæ.

29 Quód si,quod Clemens.V.in Cõcilio generali Viẽnensi statuit, servaretur ,.proculdubio Ordinarii suam exercerent iurisdictionẽ absque ulla Regulariũ exẽptionum læsione, vel iniuria: ait enim c.1. de excessibus præla. *Frequẽs,& assidua nos quorũdã religiosorũ querella circunstrepit,quòd plerique Episcopi,& eorũ Superiores, ac cæteri Ecclesiarum prælati, ipsorum Religiosorũ quietem iniustè, & in subsequentibus multipliciter inquietant. Quidam enim exemptos capiunt, & incarcerant in casibus non concessis á iure, &c. Processus iuste factos, seu sententias iusté latas á delegatis Sedis Apostolicæ, vel á Conservatoribus pro exemptis publicari, seu executioni mandari à suis subditis non permittunt; Tabellionibus publicis inhibent, ne instrumenta conficiant; & iudicibus, ne iustitiam faciant, ac iuris peritis, ne consilium, vel auxilium præbeant in causis seu negotiis eorundem, &c. Quidam statuta faciunt, per quæ derogatur privilegiis exemptorum: & generaliter quam plures prælati Religiosis, præsertim exemptis,& privilegiatis in personis, & rebus suis, ac iuribus spiritualibus,& temporalibus graves inferunt contra iustitiam, & eorum privilegia iniurias & iacturas, Verum, quia una est Regularium, & secularium prælatorum, & subditorum, exemptorum,& non exemptorum universalis Ecclesia, extra quã nullus omnino salvatur,quorũ omniũ unus est Dominus,una fides, & unũ baptisma;decet,ut omnes,qui eiusdẽ sunt corporis, unius sint etiã volũtatis,& sicut fratres ad invicẽ vinculo charitatis sint adstricti: Decet igitur,ut & prælati,et alii tã exẽpti, quàm nõ exẽpti suis iuribus sint contenti,et alter in alterius iniuriam non prosiliat,seu iacturam.Universis itaq; prælatis*

*Eccle*

*Ecclesiarum præsentis sanctionis edicto districtè præcipiendo mandamus, quatenus ipsi á prædictis gravaminibus, omnino cessantes, & cessare suos subditos facientes, viros Religiosos, exemptos, privilegiatos, & non exemptos, mendicantes, & non mendicantes charitativè tractent, & foveant, & sua iura, & privilegia inviolabiliter eis servent.*

*De Ordine, & modo, quo Regularium Superiores in causis civilibus se gerere debent.*

Cap. X.

QVAMVIS Satis illud Regularibus omnibus notum arbitramur, ut minimè nostra indigeant admonitione, Religioso statui maximè decere, ut cũ nemine iudicio contẽdant, & in eo summa ope niti oportere. Quoniã illis præcipué cõgruit, quod Dominus, ac Redẽptor noster Christus IESVS Mathæi testimonio consignatum reliquit, c.5. *Ei, qui tecum vult iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Et quod Corinthiis eius Apostolus scripsit. *Iam quidem delictum est, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis.* Et quod Clemens Romanus inter præclaras Christiani laudes possuit, cum nullo habere negotium, libro.2. consti. capite.49. Ex quibus sanè colligitur, quantum ad charitatem conservandam, & augendam pertineat, lites, & contentiones pro viribus evitare. Sed quia Regularium bona sunt pauperum alimenta Deo dicata, oportet Superiores, & si propria bona propter Deum reliquerint, ab improbis raptoribus, vel exactoribus 1

bus illa defendere, vel repetere. Quod quidem non est contra Evangelicam perfectionem, quæ servatur, siquis paratum animum habuerit ad quælibet damna temporalia sustinenda potiùs quam charitatem, vel veritatem relinquat. Potest autem sine charitatis, aut veritatis detrimento in iudicio proprium repèti, ut optimé explicuit Sanctus Thomas opusculo. 19. capi. 15. qui ita illa Sacræ Scripturæ loca declarat, & ait. *Siquidem in spiritualibus impugnantur (religiosi) totis viribus resistere debent, & præcipué in illis, in quibus non solum sibi, sed & aliis prosunt. Quia, cum Religionis statum non assumant, nisi ut spiritualibus vacent, per huiusmodi impugnationem perfectionis propositum impeditur. Vnde sicut perfectionis est, ut homo perfectionis propositum custodiat, ita etiã ut impedientibus resistat. Si autem pro temporalibus, tũc perfectionis est, ut quis damnum patienter sustineat, quod vergit in proprium suum detrimentum, nisi forté inferenti violẽtiam consulere velit, eius malitiæ resistendo, ut per authoritatem Gregorii prædictam patet, sed in illis, quæ ad detrimẽtũ commune pertinent, etiam temporale, non est perfectionis, sed negligentiæ, vel pusillanimitatis talia incommoda, dum possit resistere, sustinere.* Et ca. 14. dixerat, Reũ quodammodo rapinę esse, qui sua negligẽtia alios damnũ incurrere permitteret, præcipué in his, quæ eius curæ essent commissa. Vide Gratianum in c.1. & 2. 14. q. 1. quem interpretatur S. Tho. d. c. 15.

2 Vbi igitur aliquis Monasterii Superiorem adierit aliquid sibi debitum postulans, vel á Monasterio, vel á singulari Religioso sibi subdito, placato animo excipiat; curet partibus auditis veritatem cognoscere, & iustitiam administret absq; vlla dilatione; & in re dubia

com-

cōponere illā omnino curet, & potiùs aliquid concedat indebitū, quā ut ad litē, & iudicium deveniatur.

Quòd si adhúc Superior litē componere nequeat; offerat se iudicem æquum futurum, & iuris peritū boni nominis adsessorem habiturum, ut ordine iudiciario adscito item notario, auditurum, & de iure sentētiam dicturum. Vel si malit, sciat sibi iudicem Ordinarium á Sede Apostolica concessum, quē ipse Superior elegerit in dignitate Ecclesiastica constitutum, quem statim nominabit virum undequaque doctum, & piū, qui causam audiat, & fine debito terminandam suscipiat. Et hunc eligere proculdubio & melius, & consultius erit, propter illa, quæ ex sententia Hugutii, sentit Glossa in c. quāto. de officio Ordinarii. ver. Si prælati. Quia iudicialis forma nō tā apta superioribus Regularibus, & multa in iudiciis occurrunt, in quibus cēsuris agere oportet, & si actor ad Ordinarii forum recursum haberet, per Conservatorem, & iudicem Ordinarium, tutius, & melius expedientur. Quod quidē consilium est, non veró necessarium. 3

Quod itidem faciendum, ut Conservator & iudex Ordinarius in dignitate Ecclesiastica persona constituta eligatur, ubi ipse Superior cōveniretur, si actor Provincialem adire, vel expectare absentē noluerit. 4

Quòd si actor dictis non aquiescat, vel antequam cum Superiore ageret, corā iudice Ecclesiastico Ordinario comparuerit, postulaveritque, quod sibi affirmat deberi; iudexque decreverit, Superiorem admonere, ut intra diem certum rem cum actore componat ad ipsam decreti intimationem Superior respondebit. 5

6 Se quidem curasse, rem cum actore componere; noluisseque, insuper obtulisse, ut etiã modo offert, ut si eum in ius vocare vellet, se Conservatorem iudicem Ordinarium habere, & coram eo, ut pote legitimo, & in id á Sede Apostolica delegato, respõsurum; idq; iterũ atq; iterũ offert, Dominum auté Vicariũ generalẽ suũ iudicẽ non esse per privilegia Sedis Apostolicæ, & se, & ordinẽ suũ ab Ordinarii iurisdictione exẽptũ esse, quod & iudicẽ latere non potest, quippe quod omnibus sit manifestũ & notoriũ, quod quidem ab onere probãdi relevat, & ita amplitudinẽ suã orat, obtestaturq; uti in causa ulterius nõ procedat, eãq; legitimo remittat iudici. Quòd si noluerit, & aliquo modo ad ulteriora progrediatur, tacitè, vel expresse id denegando, nullitatẽ protestatur, ut pote factũ cõtra ius & iustitiã, & cõtra Romano. Põtificũ privilegia decreti irritãtis clausulas habentia, quæ etiam ignorantem afficerent, cum tamen de scientia constaret; & insuper tanquam ab illato, vel inferendo gravamine ad Sedem Apostolicam appellat, & petit sibi Apostolos cum irritãtia debita instanter, & instantissime concedi, & á denegatione tacita, vel expressa, iterum appellat, & attẽtatorum nullitatem, & omnia, & singula iterum protestatur, quæ illi de iure expedit, & cõvenit protestari. Notariumque rogat, & testes, ut id in publicam formam redactum testimonium perhibeatur.

7 Statimque coram Ordinario libellum hæc complectẽtẽ exhibebit in communi formula, sub protestatione, quam ante omnia faciat, nullo modo velle se eius iurisdictioni consentire, & Conservatoris nomen in libello manifestabit ex abundanti, vt Ordinario constet,

tet, quem iudicem habeat Conſervatorem, abundans enim cautela non nocet.

Atque ita oportebit, ut iam electum habeat Cõſervatorem, & iudicem Ordinarium, coram quo, & producet conſervatorias literas, & exemptionis privilegia; virum autem integrum, & iuxta literarum tenorem qualificatum eliget. Coram quo cauſa propoſita, & actorem in ius vocari poſtulabit, & Ordinarii inhiberi iuriſdictionem, ne in cauſa ulterius procedat, & etiam cenſuris, & pœnis impoſitis, tanquam iudici cõpetenti cauſam remittat, & ſub eiſdem pœnis, & cenſuris actori præcipiat, ne Regulares coram Ordinario indebitè moleſtet, coram eo aliquid poſt citationem poſtulando. 8

Iudex quidem Conſervator iuſtè id concedere tenetur poſtulanti, literaſque decernet citatorias, & inhibitorias, in quibus Conſervatoriam, vel ſeparatim, proponet Ordinario, ut illi de Conſervatoris iuriſdictione conſtet. Cui ſex dierum, vel trium ſpatium cõcedet, ut à cauſa deſiſtat, & ei remittat, ſub pœnis & cẽſuris, clauſula iuſtificativa adjecta, quod ſi ſe gravari ſenſerit, compareat, & eum auditurum, & de iure proceſſurum in cauſa polliceatur. Et ne Ordinarius termino conceſſo abutatur, Cavebit, quod neutiquam illis ſex, vel tribus diebus, vel poſtea innovare, vel in minimo audeat ſub eadem excommunicationis maioris pœna, quam trina canonica monitione præmiſſa, ipſo facto incurrat, cuius abſolutionem ſibi, & ſuperioribus ſuis reſervet. Actor eodem modo citandus ſub eodem termino, & monendus, ne coram Ordinario Regulares moleſtet ſub eiſdem clauſulis iuſtifiticavis, inhibitio- 9

hibitionibus; censuris ipso facto incurrendis, in casu innovationis.

10 Postquam hoc decreverit Cõservator, priusquam superior his utatur literis, oportebit, ut ipse Ordinariũ adeat, vel eius Prælatum, & cum eo de causa agat privatim, sanctisimi Anacleti sequutus consilium, qui ait: *Sed si quis adversus eos (idest Episcopos) vel Ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti, ea sanēt, quæ sananda sunt, & charitate emendent, quæ emendanda agnoverint*. c. accusatio. 15. §. hæc & alia. 2. q. 7. quibus addit Alexander: *Conveniat familiariter, & non semel, sed sæpisimé, ut ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut excusationem.*

12 Quod si non proficiat, præstabit literis á Conservatore decretis uti. Et præcipuè cum actore res transigenda erit potius, qnam cum Ordinario, compellendusque, ut Conservatoris se iurisdictioni subiiciat iuris servato ordine. Ordinarius namque, ubi actor nil postulaverit, proculdubio ulterius in causa non progredietur, nemine enim petente suum non impertietur officium; & comodisimum Regularibus est, quantum fieri poterit, cum Ordinario non contendere.

13 Quod si vel actor, vel Ordinarius aliquid intra terminum innovandum duxerint, censuris agendum, prout casus postulaverit, vel brevioribus propositis terminis, vel ipsis, in censuras incidisse, declarando.

14 Quod si termino sex, vel trium dierum transacto, nihil vel Ordinarius, vel actor egerit, legitimé erit utriusque

utriusque contumacia accusanda; nulloque modo in
hoc superior committi patiatur negligentiam, ut ter-
minus circunducatur, id autem non accidet, si contu-
matia, sive iudicis, sive actoris transacto termino sta-
tim coram Conservatore accusetur. Et quidem accu-
sata potiús cum actore agendũ, ut se iurisdictioni sub-
dat, & contra Ordinarium alius benignitatis terminus
concedendus, ut á causa se inhibeat expressè; quo ta-
men decreto non erit utendum, nisi timor adsit iudi-
cem innovaturum.

Si autem Ordinarius contra Conservatorem cen- 15
suris agat, vel contra Regulares, ubi primum ipsi Cõ-
servatori literæ Ordinarii intimatæ fuerint; Respõde-
bit. Ordinarium illius causæ iudicem non esse, & eius
censuras multis de causis nullas, nulliusque roboris, &
præcipuè quod contra iura, & privilegia procedat
Regularium, & inferior in Sedis Apostolicæ delega-
tum, & in hac causa superiorem eidem Sedi Apostoli-
cæ iniurius procedat. Et cum sibi iudicialiter constet
suas inhibitorias literas illi fuisse intimatas, in quibus
sub excommunicationis pœna latæ sententiæ innova-
tio prohibebatur, innovando excommunicatum exi-
stere, nullamque habere iurisdictionem, & nihilo-
minus pro cautela potiori, appellet, protesteturque
omnia, quæ illum protestari expedierit. Præcipietque
notario, ut sibi exhibeat copiam litterarum, nulloque
modo sinet intimationem scribi, sine responsione. Et
sub excommunicationis maioris pœna ipso facto tri-
na canonica monitione præmissa incurrenda, in res-
ponsione ipsa à notario scribenda, prohibeat nota-
rium, ut nulli testimonium perhibeat de notificatio-
ne,

ne, sine sua responsione sub eodem signo inserta. Oportebitque maximè; ut si fieri possit, Conservator nunquam alium admittat notarium, nisi notario causæ suæ delegationis præsente.

17 Id ipsum, quod Conservator, Regulares respondebunt; exceptis præceptis, quæ ipsi facere nequeunt, & quod ad iurisdictionem pertinet, statimque coram Conservatore comparebunt, & contumacia, & inobedientia acusata, & nova proposita querella de iniuria superiori ab inferiori illata, excõmunicatum declarari postulabunt; Iudexque postulantibus iustè denegare non poterit; & id ipsum contra actorem agendum, & ad aggravationem censurarũ procedendum iuris servato ordine. Itaque curandum à Regularibus est, ut antequam Ordinarius Conservatorem declaret excõmunicatum, ipse iam censuris sit ligatus, & publicè denuntiatus.

18 Conservator veró, & Regulares, & si minimè Ordinarii censuras cõtemnere debeant; tamẽ nullo modo se illis ligatos existimare debebunt, cum ex causis, 3.p.c.2.num.14. sint nullæ, nulliusque roboris; ut tamen pusillorum scandalum evitetur, curabunt tamen casu proposito à viris doctis, & piis declarari per subscriptionem, nullas Ordinarii esse censuras, & Regulares quantum in eis erat effecisse, ne scandalum præberetur, iuxta tradita à Navarro in. d. c. cum contingat. remedio. 2. &. 3. de rescriptis.

19 Vbi veró censuris inter iudices agi cæptum fuerit, Apostolicæ Sedis Nuncius cõsulendus erit, & ad nullum aliũ per Regulares erit recurrendum, ut Ordinarii inhibeat iurisdictionem, causamq; Conservatori, cui

cui à Sede Apostolica est delegata, remittat; quod facillimum & utilissimum remedium est.

Quod si Conservator Ordinarii potentiam veritus, & eius timore compulsus iurisdictione se abdicaverit, alius Cõservator extra diœcesim eligẽdus erit; quod quidem iuxta literas conservatorias legitimé fieri poterit, qui censuris iustè prolatis Ordinarium à sua prætensa iurisdictione desistere compellet. 20

Arbitros autem in forma iuris eligere, ut cognoscant, cuius sit iurisdictio, nõ facile admittatur, nisi ubi magnum timeretur scandalum, quod eo modo se dari posse speretur; tuncque sub protestatione id admitti, sine iustitiæ præiudicio, & compulsos Ordinarii potentia, & ut scãdalis obvietur, & quod nullum suis privilegiis, & exemptioni, præiudicium generetur. Eligatur ex parte Regularium homo integer, & qui sine ullo Ordinarii respectu pro veritate & iustitia sit paratus sententiam dicere. Interimque Nuntius Apostolicus adeatur. 21

Maturo item consilio considerari debebit, utrum Conservator censuris compellat etiam ipsum Prælatum, qui vicarium costituit, ut potest. c. quia pontificali, de officio deleg. in. 6. ei tamen reverentia servabitur, quam tãtæ dignitatis exigit prærogativa, & quam ibi Alexander. IIII. insinuat. & in. c. sanè, el. 2. de officio delegati fuerat ante præscripta. 22

Illud ultimo loco adiicimus, quod fuerat priori dicẽdum. In his omnibus oportere advocati in iuris sciẽtia, & in forensibus causis diu versati opera, & industria semper uti, quem ante omnia eligere optimũ erit, & eius in omnibus consilium sequi. 23

Con-

Conſuluimus iudicem Conſervatorem eligi, ut ab Ordinarii tueatur Regulares iuriſdictione, & ne moleſtiam patiantur, ſcientes Regularium exemptionem non á Conſervatore pendere in Hiſpania, ut ſatis ex prima parte conſtat; & ita licèt ſuperior Conſervatorem non eligat, ſi exemptionem notoriam allegaverit, & nullitatem fuerit proteſtatus, & ad cautelam appellaverit, non eſt quod Ordinarii iuriſdictionem vereatur, ex his quæ. 1. parte diximus.

## ALLEGATIONIS CONCLVSIO.

BREVITATI conſulentes multa omittimus, quæ in hac allegatione afferre poſſemus; hæc autem non tam adverſus D. Doctoris Hieronymi de Leyva fundamenta, quàm pro omnimoda Societatis IESV, & Regularium exemptione, & veri, iuſtique patrocinio ſcribenda ſuſcepimus; quæ ſincero, bonoque dicta animo accipi optamus; cum tamē veritas ipſa nos aliquando coegerit aliqua cum modeſtia libere proferre, ut pro rei gravitate diſputatio ſuſcepta dignè tractaretur. Plura prætermiſsimus data opera, ne impugnare videremur virum, quē in Chriſto ſemper dileximus, & honoris cauſa nominavimus, qui tantum pro veritate oſtendenda laborabamus, & quantum eius argumenta, & fundamenta officiebāt, evellere, & profligare curavimus. Hoc nos ita præſtitiſſe ſperamus, ut non dubitemus talem, tantumq; virum, &, ut initio diximus, iuſti amatorem, in noſtram ſubſcripturum ſententiam, Idque pollicetur; cum ſapientis ſit; propriam in meliorem mutare. Illud autem

non

non ambigimus illius intentionem, rectam & iustam fuisse, & ex iustitiæ zelo provenientem; factum verò ipsum, & quod ex eo dimanavit, non æquè intentioni convenire. Nec mirum, id enim usu venire consuevit eis, qui tritam relinquentes viam, novam investigant. Vnũ illi Regulares debemus omnes, quod nos excitarit, ut aliquando nostra defenderemus, & propugnaremus privilegia; & ne per socordiam, & negligentiam illa amitteremus. Itaque dum oppugnat, meliorem nostram effecit causam, & firmiorem. Vtinam id cedat ad Dei omnipotentis laudem, & gloriã, & ut Regulares omnes terrenis pospositis curis, & solicitudinibus perfectioni tum animarum nostrarum, tum proximorũ penitus vacemus, & incumbamus. Amen.

*Doctor Iosephus Aldrete.*
*Societatis Iesu.*



# PAVCA QVÆ IRREPSErunt ſic corrige.

| Pagina. | Linea. | Pro. | Lege. |
|---|---|---|---|
| 2. | 9. | inriſdictioni. | iuriſdictioni. |
| 6. | 13. | propoſitus. | præpoſitus. |
| 12. | 23. | ſuceſſores. | ſucceſſores. |
| 39. | 6. | docèt. | docet. |
| 41. | 20. | aulixium. | auxilium. |
| 45. | 5. | deciſsione. | deciſsionum. |
| 74. | 16. | Penitu. | Penitus. |
| 111. | 16. | concil. | conſil. |
| 117. | 26. | Marcard. | Maſcard. |
| 123. | 26. | concilio. | conſilio. |
| 146. | 2. | venra. | vera. |
| 150. | 14. | contraverſia. | controverſia. |
| 155. | 29. | animuſiores. | animoſiores. |
| 158. | 20. | in iuſtas. | iniuſtas. |
| 180. | 10. | aſsignavimus | aſsignabimus. |
| 208. | 5. | magn,um. | magnum. |





Aldexete de Exempt. Reg. et colon

